ECCLESIASTICÆ POTESTATIS, A VENETIS OPPVGNATÆ Suſcepta Defenſio.


A LEPIDO MACCABRVNO
Metropolitanæ Senenſis Eccleſiæ Decano.



S E N I S,


Apud Sylueſtrum Marchettum, M D C V I I.

Superiorum Permiſſu.




SANCTISSIMI PAVLI
Vindicis Pontificiæ, Orthodoxæq; Maiestatis

Viuentis Elogium.



YDVS Ethere emicuit, dum Hetruria CAMILLVM, Sena bis seno Apostolorum Senatui Principem dedit. Bellum olim Marcus Antonius in Romanos, pax Romæ Marci Antonij sanguine parta est. Plaudite Quirites, qui rite Romanum ad sublimiorem sedem euocastis. Placidus excurrat alueo Tiberis, non Tiberij, sed Camilli dominationem habiturus. Domi Natio tua, Roma, imperat, Domini Naturæ imago. Imo age natalia, talia, quæ non vidit Vrbs, perpende, pende ab ore dicentis. Entis summi pietas, ętas degeneris, generis hominū incuria, Curia ipsa CAMILLVM, illum, quem Roma enixa est, postulabant enixe, quem Mater Filiæ, Iliæ soboli communicat. Singulis hic pene lustris, Illustris ætatem pietate commutauit. Mutauit sacris addictus vestem, acris ingenij habitum numquam. Protulit Iustitiam, retulit gratiam summo tunc Gregorio Principi, principium hoc administrationis, Rationis peritior vir virenti iudicio Felsinæ sine felle ius dixit. Horatio, quem cœlo nunc reuocat oratio, Fratri defuncto, nec ad summum officio functo substituitur. Cameræ, meræ liberalitatis signo Auditor designatus. Ratum hoc ideo habuit Populus, quia Purpuratum præuidit; vidit & beneficio Clementis. Mentis inde diuina Prouidentia, euidentia vt mala leuaret, hunc Sacrorum Pontificem concessit; cessit dum Mortis acu-

Leo, Leo. Gentilibus cognomen, SANCTISSIME PAVLE; Aulæ nomen; anteacta cunctis, Christi chrismate vnctus redis; superis carus, hominibus gratus, Tuscorum columen, lumen Italiæ, aliæ quem etiam gentes obseruant, seruant dum pectore, ore Burghesij nomen; omen; Ingenium, Genium. Perge regnare æqui boniq; gnare; libertatis Ecclesiasticæ vindex, index futurorum bonorum, horum, quæ in Pontificio Thesauro, non auro empta; sed meritis redempta, claudit Ecclesia cuius tu reseras, Clauiger seras. Sacerdotes dotes VOS BEATISSIMI PAVLI Sacras, Leuitæ, vitæ leges animaduertite, vertite in eum hilares hymnos, dum illius vobis imaginem, celata verborum forma, in Pontificio Scamno imprimo, Anno Imperij Primo; vtq; longæuum Æuum, Vaticanus, canum respiciant, ab eo, cuius vices gerit, erit, quod credite, exposcite.





NTERITURAM Venetorum Rempublicam, florentem armis, opibus, imperio, quis non intelligit, si Summi Pontificis iura, Religionis Canones, Orthodoxæ veritatis fundamenta, nouo spiritu opprimere, irrationabili causa antiquare, ac, demum ignorantiæ tenebris euertere cogitet? Ciuitas est, nemo negat, Summorum Sacerdotum beneficijs decorata, pietate Illustris, Iustitia singularis, Catholicorum verè vnicum Præsidium, sed quò his omnibus excelsior; eò deterior Clarissimæ Vrbis casus futurus est: An Senatus Reipublicæ his decretis satisfactum putat Nobiles, quæ contra Ecclesiam sanciuntur leges, ingenuitati, Heroicæq; respondere virtuti existimant? Etsi qui sunt ex plebe ciues, aut exteri, hoc illis profuturum credunt? Decipiuntur specie recti, nec intelligunt, quod sapientes ethnici terrarum Domini, Orthodoxæ fidei sectatores Principes, singulæ Respublicæ singulis seculis, cunctis ætatibus, in summa Imperij administratione optimo iure, vbiq; terrarum intellexerunt, dum primas Imperij partes, regiminis habenas, sanciendi iura, non dicam concesserunt, cum id suo iure habeat Religio, sed integra Sacerdotibus conseruarunt. [a] In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis, vestigia verò tua, Vrbs alioquin Princeps Maris, & domina gentium non cognoscentur. [b] Plantata es enim secus decursus aquarum, fructum verò haud dedisti in tempore suo, ideò folium tuum defluet, & omnia quæcunque facis non prosperabuntur. [c] Caue ne te demergat inconstans tempestas aquæ, vrgeatque super te inpenitentiæ puteus os suum: Dixisti enim ponens in Cœlum os tuum, [d] sedeo ponti regina, terræ domina, & vidua non sum, & luctum non videbo. Negotiatores terræ vtinam non lugeant flentes super te, quoniam merces tuas nemo empturus sit, & super te Reges plangant dicentes, væ, væ Ciuitas illa magna, quæ amicta erat bysso, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis, quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis Gubernator, qui in lacum nauigat, & nautæ, & qui in mari operantur, longè stantes locum incendij aspicientes exclament, quæ similis ciuitati huic magnæ, diuites facti sunt in ea omnes, qui habebant naues in mari

a Psal. 76.
b Psal. 1.
c Psal. 68.
d Apoc. 18.

di-

de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est, quia in veneficijs eius errauerunt omnes, quos eius claudit imperium. Hoc futurum
e Psal. 45. diuino spiritu pronunciauit Iohannes, denunciat Ecclesia, e ni fluminis impetus, qui ciuitatem vtique Dei letificat, fluctuantes, feruentesq. Adriatici Maris vndas conuertat in Aridam, vt veluti
f Exo. 15. f filij Israel transeant per siccum in medio eius vniuersa Ve-
g Esai. 52. netorum tribus. Eia ciuitas Euangelistæ, vtquid adijcis, vt g tran-
h Esai. 60. seat per te immundus, & in circumcisus. h Venit lumen tuum, Paulus: & gloria Pontificiæ Maiestatis super te orta est, ambulent gentes in lumine tuo, & Reges in splendore vultus tui. Tu vero in tenebris sedes, nec iustitiæ Solem, Religionis iubar, fidei
i Tren. 2. quo debes, oculo intueris. i Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, vt Summum Sacrorum Antistitem ad iraeundiam prouocarent, falsas fidei aßumptiones, eiectionesque proponentes. Iustitia numquid a Religione, humana prudentia, a diuina prouidentia, commune bonum, à summo bono, felicitas à medijs segreganda sunt? irrationabilis aut hoc erit appetitus instinctus, vel tirannicum genium. Diuina noscitis, Veneti, non me latet, naturalia nec vos pretereunt, cum alijs sentire gentibus animaduerto, vitiorum, ac virtutum numerum inter vos retineri cognosco, politicæ administrationis habitũ in vobis conseruari intelligo, Ciuilia quæq. optima statuistis, Canonicas haud deserentes sanctiones. Quid est ergò quòd inter vos illi tanquam noui quidam de Cælo lapsi Magistri admittuntur, qui nec per speculum in enigmate superna contemplantur. nec naturalia admittunt, imò gentium huc vsque ab heroicis producta temporibus iura euertunt, moralia negligunt, ciuilia adeò extollentes, vt canonica illis, equitate, & rigore ab
k Psal. 118. legatis, subijciant. k Narrauerunt iniqui fabulationes, sed non
l Psal. 30. vt lex Domini. l Erubescant igitur impij, & muta fiant labia
m Psal. 21. dolosa, sin autem, in infernum deducantur. m Aperuerunt super te, SANCTISSIME PAVLE, os suum, sicut Leo rapiens, & ru-
n Psal. 90. giens, n sed conculcabit Draco Leonem. o vir autem vt Leo
o Eccl. 4. in domo sua euertens domesticos, & opprimens subiectos sibi, p non
p Psal. 54. dimidiabit dies suos, q vir enim sanguinum est Ecclesię. r Semi-
q Eccl. 7.
r Prou. 30. nauit mala in sulcis iniustitiæ, metet ea in septuplum. s Via Aquilæ in Cælo adhuc notißima est, colubri semita super Ecclesiæ petram facilè deprehenditur, summi inter Catholicos viri iter

infide,

in fide dignoscitur, penitus tamen vestigium nauis in mari ignoratur. Vos nunc appello [s] *Simulatores,* [t] *vt quid decipitis amicos ve-* s Pro.15.
stros, vt quid deducitis Principes in portum voluntatis eorum, seniores cur iusta iter scandalũ ponentes, [u] *errare facitis populum* t Psal.139.
in inuio, & non in via adducentes nobiles in compedibus inscitiæ. [x] *Lupus non Agnus soluere nititur signacula septem; vt totidem* u Psal.108
furoris, iræ, ac mortis Phialas. Super caput aliorum effundat. x Psal.148
[y] *Quis inter vos sapientium octauus?* [z] *Extollitis cornua septem,* y Apoc.5.
hęc autem Ecclesiæ cornu expugnaturum est. Increuit Seruus z Apoc.12.
contra Dominum suum. Obseruator, catholicat huc vsque ser- a Reg.25.
uatas regulas tibi, itidem religionis voto præscriptas, quasi fidei sæpem transilis. Minor, vt maior appareas, quæ Antecessores eius damnarunt, amplectitur. Neque hæc Augustinus ad fratres (Augustiniane,) quæ tu confirmas, scripsit in heremo, quin tu potius retractationum conscribe libellum, vt te claudat Ecclesia, alioquin Martini te discipulum credam, Saxonem, non Venetum, quorum huc vsque integra religio est, salua fides, incorrupta Iustitia. [a] *At quia sapientes non murmurabunt correpti* b Eccl.10.
[c] *audite insipientes, & stulti aliquando sapite. Apprehendite* c Psal.93.
disciplinam, & nolite abijcere eam, vt ab Ecclesia hauriatis salutem. Exordiamur à Deo, inde per naturæ riuulos deriuantes, in amplam gentium planitiem deducamus recto tramite vndas, vt tandem moralium campos, Iuris prudentiæ septa, Canonicos spirituales transcendentes cancellos, ad veritatis mare, vnde exeunt, ac reuertũtur Catholicæ Doctrinę flumina, ambitus, omnibus elusis ventis, errorum sirtibus euitatis, transgressis hæreticorum scopulis, veniamus. Ego quidem qui Christicolis maximè debeo, Italos libentius intueor, Venetos vti Clarissima Italiæ lumina obseruo, regimen eorum admittens, prudentiam laudans, Religionem haud imitandam censeo, quę eius deludat Antistitem, Sacrorumque iura, personas, res, ipsasque denique vbi talia peraguntur ædes, & has Sacrosanctas in potestatem laicorum, Pontifice reclamante prohibente Ecclesia, vetante Deo, redigere, non iure, sed iniuria conetur. [d] *Ideò sanctissimus cui data est omnis potestas in Cælo,* d Corint.5.
& in terra, iudicauit, eos, qui talia operati sunt, congregatis fratribus cum virtute Domini nostri Iesu Christi tradere Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus fiat, Eratis Clarissimi Viri ali-

quandò

quando lux in Domino, nunc autem tenebræ extrà Ecclesiā, quę
e Ephes. 5. adhuc alas suas expādit, vt dispersos congreget, & renuiſtis, e ſicut,
f Matth. 2. & ipſa renuit conſolari plorans filios ſuos quia non ſunt. f At Matris intempeſtiuis, dicitis, filius non trahitur lacrimis, nec coercendus idem nimis ſeuero patris imperio, aud quæ ad ſui ipſius conſeruationem ordinata ſunt, Principis etiam ſummi Edicto reuocandæ ſunt, ne publicum aut priuatum lędatur Reipublicę, ac Ciuium bonum. Quæſita iura aliundè filijs potius Patris iudicio conſeruanda, quam eroganda videntur. Concedo, atqui ſi lacrimæ ſint ad interitum, quas Mater effundit, numquid non pietatem redolebunt, & filium, ſi fieri poſſit, ab inferis reuocabunt? aut ſeuera Patris iudicabitur poteſtas, quæ optima iubet, virtutes inſinuat, Religioné adijcit, vitia damnat, & imperio ſuo coercet. Aut non Eccleſiæ Statum, Sacerdotum conſeruationem, diuinum bonum, & æternum potius, quàm humanum reſpicere exiſtimabimus, quæ ſummus, ac Sanctiſsimus Catholicæ Religionis Princeps interdicit ex doctrina eccleſiæ, deferente Spiritu Sancto, cuius auſpicijs, & regit, & regitur. Aliundè qui tibi hæc quæſita eſſe demonſtrat, allucinatur, etiam ſi ad Deum immediatè reuocet.
g 2 Corin. 7. g Contriſtabit vos præſens Epiſtola, non me pœnitet, quia vt ad horam, & ad penitentiam, non ad iram contriſtarem, catholicis pauca ſcripſi, pauciora pro rei ipſius Maieſtate, ne lucem lumini accomodare videar, ſubſcribens. Quæ tamen nec longè à Deo erunt, aut à diuinis remota. Imò naturalibus conuenientia, gentibus accomodata, ſapientibus probata, principatui ſancita, ſpiritualibus decreta, laicis demum imperata eſſe rationes ſuadebunt, demonſtrabunt exempla.

Vt igitur à primo independenti, æterno, atque immutabili exordiamur principio, qua ratione diuina in terris Pontificis poteſtas ad celeſtem illam retrahatur, perpendamus, vt tandem quid Natura de ea ſtatuat, quid gentes definiant, Morales ponant, quid demum Politici firment, iubeant leges, imperent Sacri Canones, diſtinctè examinemus.

Deum eſſe nulla vmquam Religio, nulla gens licèt immanis, &
h Pſal. 13. barbara, nullus ſapiens, vno Atheo excepto; qui inſipiens dixit in corde ſuo non eſt Deus, negauit. Quippe qui diuina infuſa Animæ naturæ ius inhomine genitum id occultè etiam nolentibus ſuadent,

dum

dum intellectus summum bonum intelligere, voluntas amare, memoria recolere, & potentia eum a quo habent esse, vegetare, viuere, ac secundum rationem moueri, cognoscere omni studio contendunt, Hisq. destituentibus insinuat i fides argumentum non apparentium, qua docemur, Deum esse trinum in personis, in essentia vnum Æternum, Immensum, Omnipotentem, vnica prouidentia cuncta creantem, perficientem, regentem. Hunc autem esse omnium principium propriè conuenit Theologicè, quia summum bonum, Metaphisicè, quia summum ens, Physicè, quia cuncta mouet, nec ab aliquo mouetur, & vt vno verbo claudam, verè omnium principium est, k principium primum principium tantum. Ab hoc principio alterum dependeat necesse est, quod æterno immediatè, vnitate, natura, atque operatione coniungatur, vt cæleste æthereo, spirituale simplicissimo, perfectissimo perfectum vniatur. Quod de Ecclesia dici potissime, principij ipsius rationes, qualitatesq. demonstrant. l Principium vniuersorum superiora obtinentium, inferiora occupantium Deum esse Chatolici, ethniciq. fatentur, Manicheis reclamantibus, at Ecclesia cælestia complectitur: humana claudit gremio. Principium primum diuinam dicit essentiam, quid autem est, quod antecedat Ecclesiam, quæ prima omniũ creata illi copulata est sponso, m qui occisus est ab origine mundi. An quod Deus principium tantum dicatur repugnat, vt hoc solum iure cum Ecclesia quam arctissimo sibi coniunctionis nexu deuinxit, cõmunicare non possit? cõmunicauit. meritò vna atque Apostolica dicta, cum in n ea diuinitatis habitet corporaliter plenitudo, cæli retinet, & terræ concessam potestatem o. Ponamus ratione multitudinis, diuinam prouidentiam principium dici, Ecclesia dispersas Iudæorum colligit tribus, gentiles, quotquot vniuersus claudit orbis, amplectitur non obsistentes, & omnia, quę dat humana natura bona, hæc diuinitus accepta, cõmunicat. Si vero omnis connexio diuersorum, coniunctionis suæ, & conseruationis caussam, quam habet ab vno, in vnum dirigit Deum, quando huiusmodi principium proximius intuetur Ecclesia, finemq. cognoscit, dum ab vno capite Christo omnia sua docet pendere membra, eiq. vniuersos inferioris hierarchię status coniungere contendit, nonne principium, quod cuncta hęc humana Deo coniungat, ipsique vniuersa conseruet, iure & meritò dicemus? Omnium Deum dignitatis ratione, quæ diuina est, in circumscripti-

i Hebr. 11.

k Frãcis Pic. Phil. de Mor. grad. 2. c. 1.

l Gene. 1. Albe. Mag. in cõpẽ. Theo. lib. 1. c. 2.

m Apoc. 13.

n Colos. c. 2.

o Albe. Mag. in compend. Theo. li. 1. c. 3.

bilis, & immensa, solum aeternum, atque independens principium cognoscimus, maiestatem hanc integram, nec mortalitatis labe adumbratam, ei, quam pulcherrimam, & sine macula esse voluit, & ad conspectum admitti suũ. p Sole amictam, Lunamq. pedibus prementem, & Stellarum decoratam corona permisit, communicatam intuemur. Quis vero negare audeat, primo omnium originalem Ecclesiae Ideam in diuina mente delineatam intuentibus Angelis apparuisse? an non absurdum erit asserere temporalium formam diuino prius extitisse conceptu, quam spiritualium typum, ad praescriptum aeternae prouidentiae ordinem? q Quare cum Ideae in Deo eorum quae gignuntur principia sint, iuxtà Academicorum, non improbatam à Theologis sententiam, cum ordine, dignitate, ac potestate prius fuerit Ecclesia in mente diuina, talem in esse producto eam existimare debemus. Causale, quod vocant principium praeterea Ecclesia est, aquo bona cuncta procedunt, siue illa aeterna sint, siue temporalia, vt negantibus inferiora probabunt. Principium ergò Ecclesia est secundum Deum vniuersorum primum, ac solum, tum ratione multorum, tum respectu dignitatis, antecessionis, & causalitatis, ergo mensura, & regula omnium, r quãdo in vnoquoq. genere id, quod principium est, illius ponitur regula, & mensura. Hoc autem licèt non absolutè aduersarij concedant, non tamen palam impugnare audent, sed politicorum regiam potestatem, à spirituali segregantes, eidem alterum distinctum aquae immediatũ statuunt principium in Deo, inferiorum duo ponentes in aeterna prouidentia absoluta principia, s quod rationi diuinae ipsius naturae repugnat, ex parte operantis, operationis, & effectus. Ponere duo immediatè ab vno, & hoc in Deo, dogmatibus Ecclesiae, Theologorum Scholae, Philosophorum principijs repugnat, subalternari namque cuncta necesse est, quousq. reducantur ad vnum, à quo illud, quod nullo intercedẽte medio coniungitur, caussam sortitur immediatam. Talis Ecclesia est, eiusq. summus Antistes à quo pẽdẽt caeterae, siquae vigent, potestates, in cuius pectoris scrinio includuntur omnia iura. Nec vt duo deriuentur immediatè à Deo, ipsius, quae nobis innotescunt, operationes, admittunt, Deus enim per causas omnia introducit, & regit, hinc per Christum Ecclesiam, per Ecclesiam distinctos potestatis, ordinis, & iurisdictionis gradus nobis esse concessos intuemur. Harum verò potestatum effectus, hoc ipsum, quod superius.

p Apoc. 12.

q Fran. Pico Phil. de Mor. grad. 2. c. 1.

r Tho. p. 1. q. 90. art. 9.

s Extrauag. vnam Sanctã de Maio. & obed. ver. nisi duo

superius statuimus, declarant. Nihil enim contrarium est, quod in genere cõmunis boni, aut in fine eligendo repugnet, at si segregetur, à diuina potestate, de qua decernit Ecclesia, temporale regimen, & liberum sit ei statuere sibi aliquid pro fine, quod bonum appareat Reipublicæ, malum autem sit coram Deo, nec probetur Pontifici, bonum statueretur cõmune, morale, aut politicum, non respondens spirituali, atque æterno, absque eo quod in hoc humana corrigi potestas, vel melius suaderi bonum ab alio posset, illudque vt Ethnicis placuit, recto tramite, nullo spirituali medio adhibito consequeretur, quod impium, & hæreticum esset asserere, per bona namq. temporalia intelligimus, ac diuinæ gratiæ adminiculo possidemus æterna. t Vnus igitur est altissimus, Creator Omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus, sedet autem in throno Dei Sanctissimus Ecclesiæ Antistes, verè Dominus, ac Deus in terris, de quo scriptum est. u Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat. Iudicat Angelos, clamante Paulo, x nescitis quia Angelos iudicabimus? seculum condemnat, eodem explicante, quanto magis secularia iudicabimus? y Pontificem constituit Deus Dominum Domus suæ, vt spiritualia curaret, & Principem omnis possessionis suæ, vt temporalia dirigeret, posuitq. eum super omnes Principes. Vnicum ergo subalternum, respectu diuini, spirituale principium vnitas credentium includit, cuius principium primum, finisq. vltimus Deus est, z per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt. Deum, attendite qui Ecclesiam contemnitis, a cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt, eiusdẽ luminis claritate sibi coniunctam sponsam cohonestasse, ambigendum non est, quo non per speculum in enigmate, sed omnia in veritate cognoscere, bonum à malo seiungere, verum à falso distinguere valeret. b Deum dicimus esse immensum non ratione quantitatis, sed virtutis, vbique est enim non corporis mole, sed præsentia virtutis, hunc autem Ecclesia, non in nube adumbratum, aut in Arca reclusum, vel inter Seraphin sedentem, sed sub Eucharistiæ Sacramento realiter existentem retinet. c Cum igitur in sancto habitet laus Israel, d adorandus locus est, vbi steterunt pedes eius. Infinitatem Dei finitus homo, & saltem ratione corporis mortalis, immediate representat, qui Petri Successor est, Christiq. Vicarius. Quis igitur potestati eius terminum præscribere

t Eccli. c. 1.
u Psal. 81.
x 1. Ad Cor. c. 6.
y Psal. 104.
z Pro. c. 8.
a Hebr. 4.
b Alb. Mag. in cõp. Theol. lib. 1. c. 14.
c Psal. 21.
d Psal. 131.

e 1. Rom. c. 11

audebit interris? e Incomprehensibilia sunt iudicia Dei, maxime hæc Ecclesia aperit, promulgat, exequitur, aperit Clauibus, viua Pontificis voce promulgat, exequitur per ministros, etiam Laicos. An vero in hoc, quod Deus æternus est, sponsa dissimilis erit, quam nec tempus concludet, cui nec motus quietem inducet, aut alteratio formam corrumpet, cuius si initium inspiciamus, primò omnium creatam, in Eua designatam cognoscimus, sic fundamenta eius natura vidit, parietes ędificauit lex, omnibus deniq. partibus absolutam reddidit Euangelium, Adamo designante, operante Moyse, absoluente Christo. An talis humana potestas, seculare Imperium, politicorum regimen dici potest, quorum, cum humanum principium sit, cum ipso mortali bono interitura esse, naturalis ratio demonstrat. Principium igitur, secundum Deum, primum; æternæ prouidentiæ opus, præcipuum diuinæ legis simulacrum, supernæ potestatis imago, Ecclesia est, probauimus id per aliqua ex interno diuinitatis fonte deducta, externa nunc rationis oculis obijciamus argumenta, quæ naturaliter Ecclesię cuncta spiritualia, & temporalia subdi, negantibus suadeant. Est f quidem lex, quæ summa ratio nominatur, in Deo existens eterna, cui semper obtemperandum est, g ipsa vero regiminis ratio in Deo, vt in Principe vniuersitatis reposita legis habet rationem, quæ cum nihil concipiat ex tempore, ęterna incommutabilisq; dignoscitur. h Hęc autem directiua est omnium humanarum actionum, & motionum, i mortalibusq. in suo effectu naturalibus prębentibus principijs, manifestatur, k inuisibilia enim Dei, per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, l in quantum enim in mensurante, & regulante recluditur, æternæ legis nomine insignitur, quatenus vero in homine excellentiori modo quam in ceteris creaturis, vt in mensurato, & regulato reponitur, qua mediante æternæ subijcitur prouidentię, ac de ea, sibi ipsi, & alijs prouidens participat, naturalis lex appellatur. Hoc autem naturali iure, non modo quia æternę prouidentiæ specimen est, & immutabilis legis certissimum exemplum, sed etiam quia diuini illius principij deriuatum est, à spiritualibus omnia nostra pendere suademur. Vt in hoc inferiori orbe Ecclesia prima intelligentia sit, per quam viuimus, mouemur, & sumus. At quibus, nimis inferioribus indulgentibus veriora hæc non concludant Ecclesiasticę potestatis stemmata, naturalia innata probent argumenta, quibus, humanis adumbratus

f D. Augus. lib. 1. de liber Arbi.
g D. Thom. 1. 2. q. 91. art. 1
h D. Thom. p. 2. q. 93. ar. 1.
i D. Thö. p. 2. q. 93. ar. 2.
k Roma. 1.
l D. Tho. 1. 2. q. 91. ar. 2.

bratus illustretur animus, & temporali ære grauata liberetur voluntas. Quicumq; igitur homo est, qui vegetare cum plantis, sentire cum brutis, cum hominibus ratiocinari, quæ natura partes sunt hominem constituentes, se sentiat, & contra proprium instinctum, ac præter rationem ipsam Ecclesiæ potestatem, quasi sua in omnibus partibus principia, neget, nec lapidis meretur nomen, aut inter bruta connumerandus est, imò ab hominum societate excludendus omninò videbitur. Lapides siderũ venerantur virtutem, m quasi ab his, Deo Authore, perficiantur. Plantæ Cælum versus frondes, flores, ac fructus vergunt, vt Deo retribuant, quod gratis acceperunt, n sic Elitropium Deum in Sole veneratur; Selenotropius Lunam modo suo quasi Dei ministram adorat. o Leo gallum timet, contemplatione cœlestis p Elephas Lunæ ceruices, tamquam suæ Deæ flectit sacrificijs se tacito consensu animalia offerunt. Aues Orientem Solẽ quasi Deum salutant. Tu vero Venetus homo, lapidibus durior, Stellas, quas Sacerdotes esse animaduertis, quãtum in te est, non recognoscis, radices in terra defixas conseruare curans, virtutum flores, actionum frondes, habituum fructus, quæ Cælum respicere debuißent, in terram deicis. Quid tu Pontificiæ Maiestatis Solem, a quo temporale regnũ, quicquid splẽdoris habet recognoscit, respicere intellectus, ac voluntatis oculis recusas? Lunam Summi Sòlis Sponsam Sacrosanctam Ecclesiam, ingentior Elephanto bellua, detestaris. Nomine tantum Leonem te dixerim, qui eum, q qui vicit Leo de tribu Iuda, in Vicario spernis. Sacrificijs verè nedum te, sed nec tua exponi permittis. Orientis demum Pauli Solem, quem veneraturus accesseras, maledictis, & conuicijs insectaris. Hæc rationis expertia moueant, ratio, rationi subiectum suadeat, vt naturali cognitione Ecclesiam Reginam admittat, summiq. Regis Vicario animi, corporisque ceruices voluntariè submittat. Quæso, quis adeo naturalis est iuris ignarus, qui non intelligat, primas dari, Iuris r prudentis iudicio, Religioni, inter alia iuris naturalis præcepta, sedes, Religio enim erga Deum caritati patriæ, paternæ vtique potestati optimè præfertur, quasi nec dari patriæ amor, aut parentum valeat obedientia, quæ non à Religione, pendeat. Hóc an verissimum sit, sacrorum exempla, vt Ethnicorum monimenta ommittamus, demonstrant. s Abraam vt Deo obediret, religionem conseruaturus, patriam, ac cognationem deseruit. t Patrem Iacob religiosè delusit, u Ruth, patria partéibusque

post-

m Plin. Nat. hist. lib. 37. c. 1 o.
n Plin. natu. hist. lib. 22. c. 21.
o Plin. lib. 8. c. 16.
p Plin. lib. 8. c. 1.
q Apoc. 5.
r L. veluti. ff de Iustit. & Iur.
s Gen. c. 12.
t Gen. c. 27.
u Ruth. c. 1.

a D.Tho.p.2. q. 94. Art.2 prohibitis, Iudęam verum Deum vt coleret, est ingressa. x Principia plura ponuntur naturalia in homine, à diuersis inclinationibus pendentia, quare, & plura dantur naturæ præcepta, quorum vnum est illud, per quod sui esse conseruationem, in hoc cum ceteris substantijs communicans homo, appetit, reicitq; contraria. Quæ an à Religione pendeant, & an Pontificis arbitrio aliquando tollantur, concedamur vt plurimum, declarant interdictus ab Adamo carnium

y Gen. c. 9. esus, restitutus à Noe, y vetita à Deo poma ex ligno scientiæ boni, & mali, ligniq. vitæ concessio, ex quibus spiritualis Deo in terris obe-

z C. deniq. dist. 4. dientia præscribitur. z Carnes statis diebus prohibet Ecclesia, Lac notatis anni temporibus non admittit adiuctum, modum ciborum qualitati, tempori terminum, ac metam præscribens, ita vt natura in hoc imperare dicatur, quando quæ ipsa concedit, hęc prohibet, & quæ fusius illa largitur, hæc cautius aufert. Nec moralis huc temperãtia peruenit, licèt aliqua attingat. Prohibeat hæc naturalia Prin-

a Psal. 58. ceps, conuertentur a populi ad vesperã, & famem patientur, vt canes, & circumeuntes ciuitaté non saturati murmurabunt hi, quibus Religio in vetitis animum sedat. An vero horum omnium quorum

b L. ex hoc iur. ff. de Iust. & Iu. homo b iure gentium Dominus fit, quia sunt communia natura, humana lex, aut Princeps furtũ urgente necessitate permittat, c quod

c D.Tho. 2.2. q. 66. art. 7. Ecclesia non damnat? Quis melius, quę possidemus sub præcepto aliquoties indigentibus cõmunicanda statuit, moralis an Ecclesiasti-

d C. non satis & c. pasce 86. dist. cus? secundus certè, d dũ illius animæ reum, eum constituit, qui cum potestatem habeat, in necessarijs non subuenit, quæ etsi animam optimè operantis respiciant, bonum tamen humanum excellẽtiori via, quàm morali, aut politica, includunt.

e L. 1. Parag. Ius naturale ff. de iust. & Iur. e Ea verò præcepta, quę natura animantibus, hominibusq. cõmunia posuit, quibus Maris, & fœminæ coniunctionem, quam iusteMatrimonium dicimus, liberorumq. procreationem, atque educationem insinuat, legitimis quibusdã limitibus circumscribit Ecclesia, dum

f Hest. in sum. de spons. & matri. Parag. qualiter, impediatur. omnes, præter matrimonium, coniunctiones, diuino reijcit innixa iure, f & hoc inter certas personas fieri prohibet, g genitos alioquin illegitimos ad successionem quoque declarans. h Quod est melius semper arbitramur in natura esse, si possibile est, dixit Aristoteles.

g C. Deferente, & ibi glos. in ver. permis. Catholicus hoc de Ecclesia rectius affirmabit, Naturã enim bonam existimat, si quod Ecclesia suadet bonum, illi coniungat, & tunc piã & sapientem affirmat, si ea quę homines mouent in malum, quam-

uis in corporis, aut animæ cõmodum elargita, Ecclesiæ arbitrio, per- *sionem qui s*
mittenda, siue, uetanda relinquat. Instrumenta, quibus intrinsecus, *lij sensus legit*
natura uititur, uerè ad amussim rei respondent, ita ut nihil addi, aut *h 8. Phy. c. 8*
minui posse Physici dixerint, addit tamen Ecclesia, quæ renes scru- *& 56.*
tans, & corda hominum, corporis cohibet sensus, animæ in summum
bonum dirigit facultates. Vniuersum natura gradibus complet,
i tamquam specierum plenitudo, in unum uersa spirituale, & æ- *i Pla. intima*
ternum principium Ecclesia; status, gradus, uirtutes, mores demq.
distinguendo, Hierarchiam hanc in terris omnibus numeris absolu-
tam constituit, ut fœcundissima omnium parens iure habeatur. Hæc
uelut altera natura, secundum Deum essentia omnium principium
uerè existit; potentia cuncta sublimius media attingit, operatione,
quæ æterno respondent fini exequitur, unde nec Laicis nouerca est, sed
æqua omnibus, & iustissima parens. Hæc corporis interitum Ani-
mæ uitam iudicat, & unde mors oritur, inde uitam resurgere docet,
quare, & naturam corripiens; k Mortis terminum, natiuitatis die *k Eccl. 17.*
meliorem iudicat. Contraria, quæ natura genere subiecto, & per-
mistione coniungit, Ecclesia fidei, ac caritatis uinculo colligat, re-
ctiusq. non in corporis, aut animæ mortale bonum, sed in cæleste con-
spirare facit. l In his quæ natura sunt, oportet finitum esse, termi- *l Aris. 8. Phy.*
nos Ecclesia naturæ egreditur, dum infinita docet, suadet, proponit. *48.*
Et cum uerum sit, naturale esse similiter in omnibus se habere, Eccle-
sia nec altera est nostris, quam priscis fuerit temporibus, iure autem
semper, & ubique infallibili, certaque lege consimilis sibi constat.
m Nunc autem, quia præter legem naturalem, necessarium fuit ad *m D. Tho. p. 1.*
humanæ uitæ directionem, legem habere diuinam, qua homo di- *q. 91. art. 4.*
rigitur, per actus proprios, ad ultimum æternæ beatitudinis finem,
& hanc ueterem, atque Euangelicam esse cognoscimus, quæ depri-
ma, ac præcipua Ecclesiæ potestate utraq. nobis argumenta suppedi-
tet, examinemus.

n Primitias Deo primus obtulit Abel, supremum diuinitatis dõ- *n Gen. c. 4.*
minium in Sacrificijs agnoscens. o Abraam Sacerdoti altissimi *o Gen. c. 14.*
decimas, in recognitionem temporalium quæ acceperat, dedisse in-
telligimus. p Hic Deum dum interrogat unde scire posset, quod *p Gen. c. 15.*
possessurus esset terram, quam semini suo promissam intellexerat,
iussus est ad Dei præscriptum sacrificare, quasi temporalium pos-
sessio ipsius Sacerdotis ministerio acquiratur q Huic ipso circum- *q Gen. c. 17.*
cisionis

cisionis actu legitimus hæres promittitur, vt notetur non esse legiti-
r Gen.c.22. mam potestatem, quæ non à Religione dependeat. r Filium tandem
optimus Parens sacrificaturus, ignem manibus portans, & gladium,
montem ad Deum ascendit. ignis, quo nihil in elementis spiritualius,
gladius, quo materialia dissecantur, vtramq. in vno Pontifice pote-
s Luca c.12 statem designant, sicut & ipse Dominus, s ignem venit mittere in ter-
t Math.c.10 ram, t & gladium. Iacob u fratris plātam ex vtero egrediens tenuit
u Gen.c.25. manu, temporalium Ecclesia pedem non totum corpus stringit, ne
x Gen.c.28. moueatur in malum. x Minor hic Ecclesia, quam in descenden-
tibus, atque ascendentibus Angelis cognouit, typum gerens, verè
y Gen.c.25. y maiori imperat, quia temporalia ortu maiora subduntur Ecclesiæ
z Gen.c.27. conceptu æterna. z Vocem quidem Iacob habet Ecclesia dum iubet,
a Gen.c.28. manus quandoq. Esau, dum secularia pertractat. a Innixus altissi-
mus scalę, illius terræ, in qua iacuerat dominium, Israeli promisit,
b Gen.c.37. dat Christus innixus Ecclesiæ cuncta temporalia. b Manipulus Io-
seph, ex diuersis Statibus, quasi ex multis manipulis, ex multitudine
gentium, veluti ex multiplicatis spicis collecta Ecclesia est, consur-
rexit hic quando ipsa profecit, stat per constantiam, adoratur, quia
c Gen.c.41. omnia ei temporalia subijciuntur. Ad c Imperium Ioseph. Hoc
est Christi Vicarij, non mouet quispiam spiritualium manum, tem-
d Mat.c.22 poralium pedem, d alioquin ligatis manibus, & pedibus mittetur in
e Gen.c.48. tenebras exteriores. e Summus Ecclesiæ parens. Quos dextera tem-
poralium claudit, sinistra amplectitur Israelis exemplo. Multipli-
f Exod.c.8. catis plagis f temporaliq. gladio Moyses Ægiptum percussit, quia
Psal.77. Dei populū nec à seruitute subduxerat, nec poterit Pontifex Moyse
maior Venetorum Senatum, qui Clericos opprimere nititur spirituali
g Num.c.11 plaga ferire. g Moyses, cui in officio successit Ecclesia, de maiori-
bus, seniores, qui, & Mundi potestates sunt, de minoribus iudicant,
hi autem neque hoc munere funguntur, nisi, & Spiritum Sanctum,
h Exod.c.28 quo Ecclesia regitur acceperint. h Non sine causa summus Sacer-
dos nomina filiorum Israel gemmis sculpta gestauit in pectore, vt
enim Deo seculares sisteret Principes, id factum animaduertimus.
i Leui.c.10 i Eiusdem sanctum à profano distinguere, mundum à polluto secer-
nere, docere demum omnia legitima, quæ locutus fuerat Dominus
officium fuit veteri testamento, nouum quid, & æternum hoc aufe-
ret? Annon hoc subiectionis iudicabitur signum, quod Moyses,
k Num.c.1. k & Aaron nobilissimos multitudinis Principes, quasi in ordinem
reductos,

reductos, cum reliquis annumerauerunt, [l] quorum primogenitos nec [l] Num. c. 4
à redemptione sacra immunes esse voluerunt, imò hoc ipsum leui-
tas liberos reddidit, quia primogenitorum totius Israeliticæ gentis
vices coram Domino subierunt, ideo sancti, & immunes. [m] [m] Leu. c. 25
Quorum pars quæ alienari haud poterat venditionis titulo, [n] iudi- [n] Leu. c. 21
cium, quod de spirituali, corporalique vitio eorum penes summum
residebat Pontificem, [o] refugij Ciuitates, quas leuitarum sors tan- [o] Num. c. 35
tum claudebat, nostrorum sacerdotum bona Deo sacra, eorumque
personas, summi Antistitis subiicere iudicio, ad eum patere in
temporalibus refugium, clarissimè indicant. [p] Numquid argenteis [p] Num. c. 10
tubis, quas duas, vt temporalem ecclesiasticamque signaret, Do-
minus potestatem esse voluit, hebreorum tantum Sinagoga conuo-
cabatur, an si semel insonuissent, vocati Principes non aderant?
[q] Acceperunt de Moysis spiritu seniores illi, quos regiminis sibi [q] Num. c. 16
adsciuit socios, quemadmodum seculares potestates spiritu agan-
tur ecclesiæ. [r] Quid amplius principem Zambri occidit Phinees, [r] Nu. c. 25
& placuit Domino, fratres Moyses armauit in fratres, & vigin
ti quatuor millia vna die eius imperio occisa sunt. Attendite Ec-
clesiæ rebelles limitatam seculi in Iosue potestatem, & a spirituali
pendentem. [s] Tolle inquit Dominus Moysi Iosue filium Nun, [s] Num. c. 27
& pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro Sa-
cerdote, & omni multitudine, & dabis eis præcepta cunctis vidé-
tibus, & partem gloriæ tuæ, pro hoc si quid agēdum erit, Eleazar
Sacerdos consulet Dominum, ad verbum eius egredietur, & ingre-
dietur ipse, & omnes filij Israel. [t] Audite Dei preceptum. Si dif- [t] Deut. c. 17
ficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sangui
nem, & sanguinem, causam, & causam, leprā & lepram, & iu-
dicum intra portas tuas videris verba variari, Surge, & ascende
ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad Sa-
cerdotem Leuitici generis, & ad Iudicem qui fuerit illo tempore,
quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies
quodcumque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus,
& docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum,
nec declinabis ad dexteram, vel ad sinistram. Qui autem superbie-
rit nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Do-
mino Deo tuo, & decreto Iudicis, morietur homo ille, & auferes
malum de Israel, cunctusque populus timebit, vt nullus deinceps

*intumescat superbia. Quid sanguis nisi gladij temporalis pote-
stem, quid causa præter ciuilia negocia, lepra verò quid aliud,
quam spiritualia delicta significant? Hæc omnia veteris sacerdo-
tis subijciuntur iudicio, & denegabuntur legitimo noui testamenti
u Deut. c. 17 Pontifici? u Lex ipsa scripta Regno, Regique eligendo leges dixit,
x 1. Reg. c. 10 nec præscribet Euangelica Regibus iura imperij? x Regẽ Samuel
y 1. Reg. c. 13 populo petẽti e inunxit, y Domino irritante deposuit, & in meliorem
secundum cor Domini transtulit regnum, nec poterit Samuele sub-
limior Rex & Sacerdos Paulus in errãtes Venetorum Principem,
z 1. Reg. c. 22 & Senatum animaduertere? z. Pœnas Saul deleta sacerdotum
vrbis, eorumque occisionis, vel grauissimas dedit, nec expiabunt
delictum Veneti, quod in Sacerdotes, & sacra commiserunt? Et si
a 3. Reg. c. 2 a. Abiatar. Salomonis imperio ne domino ministraret prohibitus
b 1. Reg. c. 3. est, vt b Samuelis vaticinium de domo Eli verificaretur, diuino po-
tius, quàm humano iudicio factum est, dum vidit Æmulum suũ
c 4. Reg. c. 11 in Templo. c Regnum Athaliæ Ioiada ademit, & vitam, & ta-
men Dei altissimi Sacerdos. Sexcenta sese exempla offerunt, toti-
demque sacrarum scripturarum sententiæ, quibus spiritualem, tem
poralemque potestatem penes sacerdotes residere monemur. Me-
lius autem intuemur, quod veteres illi experti sunt, si noui signa-
cula testamenti soluamus. Pueri nascentis Saluatoris regia stirps,
aliquando Sacerdotali permista, vtrumque signat Imperium. d
d Esai. c. 9 Hic paruulus natus est nobis, cuius imperium super humerum eius,
e Luca c. 2 Deus fortis, admirabilis, Consiliarius dictus. e Sacerdos in Tem-
f Matt. c. 2 plo à Simeone cognitus, f domi Rex à Regibus adoratus. g In pro-
g Ioha. c. 1 pria venit, et sui eum non receperunt. h Herodes, vt Regem perse-
h Matt. c. 2 quitur, Iudei vero Summum Pontificem, [illegible] sa-
i Psal. 2 crificia reijciunt. i ipse autem constitutus est Rex à Deo, super Sion
montem Sanctum eius, Sacerdos prædicans præceptum eius, quod
l Mat. c. 21. vtinam intelligant Reges, erudiantur qui iudicant terram. l Re-
gium, ante sacrificium proprij corporis, Saluator triumphans ingre-
ditur vrbem, regiè exceptus, ac salutatus, & tales prohibentes ho-
nores inuidos homines scripturæ testimonio compescuit. Regiũ exer-
cuit imperium, dum alligatam asinam soluere iussit, vt ea Domi-
m Ioh. c. 18. nus vteretur. m Comprehensus omnique humano destitutus auxilio
n Luc. c. 22 imperauit [illegible], vt Discipulos abire sinat n ipsisque, vt e-
D. Amb. qui mant gladium iubet, & habere præcipit, quem vetat promi, vt sit
refert ego
[illegible]*

parata?

parata defensio non vltio necessaria, & sciant legentes, non facultatem defuisse discipulis resistendi. [o] Adulteræ iudicium, quam à cōstituta veteri lege adulterij pœnas non condemnando, absoluit, temporalium palam à Domino administratam potestatem manifestat, mitiusque Euangelica lege crimina punienda esse demonstrat. [p] Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta summus noui testamenti Sacerdos, [q] Regis titulo insignitus interijt, omnia [r] exaltatus a terra, tùm spiritualia, tùm temporalia trahens ad se ipsum. Potestatem hanc, Esaiæ testimonio, Apostolis, cæterisque demum successoribus Ecclesiasticis Saluator trāsmisit, ad eos enim dictum est. [s] Sacerdotes Dei vocabimini, ministri Dei nostri dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbietis. Præcipuè vero eamdem Petro tribuit, [t] dum super illius petram ecclesiam suam ædificauit ille [u] lapis angularis, qui facit vtraque vnum spiritualibus temporalia connectens. [x] Hic dum pascendi oues officium assumpsit, Principum quoque, ni lupi non parcentes gregi esse velint, obedientiam requiret. Videant præterea hæsitantes, non [y] vnicam spiritualium clauem, sed alteram Petro datam, vt temporalia ex tempore aperiret, ambas autem Regni cælorum appellatas, quia vtraque potestas in Pontifice non temporale, aut politicum cōmune bonum, sed æternum, atque diuinum vno, atque altero respicit oculo. [z] Vnde, & satis fuit ex sententia Christi duos Petrum habuisse gladios, non autem nimis, quorum cū temporalem expediuit, quia humanam, piè vt magistrum defenderet, impediturus erat, redemptionem [a] iussus est in vaginam recondere, non autem abijcere, aliàs zelo Religionis ad ecclesiæ, ouiumque sibi commissarum defensionem in lupos, humanasque feras expediturus. Sed viris, ciuibusque, quos probos vtique, ac prudentissimos præsens existimat ætas, post diuina, moralia, politicaque, ad hoc idem suadendum tendentia proponamus argumenta.

Stat [b] igitur primo, quod ordinata in finem ex suo fine mensurā, & conditionem recipiunt, finis autem triplex est, vel solum enim præsentem respicit vitam, vt Stoicorum peripateticorumque finis, aut futuram tantum, vt sanctissimi sibi statuere viri, siue vtriusque vitæ bonum, quod Platonicorum & verius Catholicorum est. Horum primus a morali Christiano, ciueque Catholico excluditur reliqui conceduntur, ita tamen vt humanum bonum, medium sit ad vltimum.

post. super Luc. cap. 22.
o Ioh c. 8 & ibi gl & Vgo Card.
p Heb. c. 9.
q Io. c. 19
r Io. c. 12
s Esa. c. 61
t Mat. c. 16.
u Act. c. 4 Ephe. c. 2.
x Ioh. c. 21
y Matt. c. 16
z Luc. 22 Extrauag. vnam sanctā de maior. et obed.
a Ioh. c. 18
b Francis. Pico. Phil. de mor. grad. 8. c. 12. d.

timum, & æternum. Quare, iure, morale bonum particulare, cum in
ordine est ad politicum cōmune, hoc autē ab vniuersali Ecclesiæ spi-
rituali bono dependet: id ex morali politicaque causa deducta sua-
dent argumenta. Bonum enim summum moralibus perhipateti-
cis finis est, sed illud terram respicit, humana circuit, naturalia am-
plectitur, cœlestia aliqua contemplatur, diuina tamen, nec cogno-
c Idē grad. 4 c. 36. ad fi. scit, aut appetit, sed c homines rectè format pro comercijs; & con-
suetudinibus cum mortalibus, pro Reipublicæ salute, & ornamento
d Idē grad. 9. c. 463. B. C. D. nostri, pro optima demum ciuilis vitæ constitutione. d At quod ec-
clesia statuit ecclesiasticis, non ciuilibus uiris uotum reuelatione
diuina, superna diuina, atque æterna respicit; ad huius regulam hu-
mani finis, & boni obliquitates dirigendas esse, corrigēdos defectus,
ipsi etiam, post Euangelium, morales admittunt. Nam si bonum,
vti summum est peripateticis, cōmuni consideratione inspiciamus,
nempè, vt actio est ex virtute prodiens perfecta, nec ordinata ad a-
lium finem, profectò adamussim Ecclesiæ omninò, vt ultimo, ac præ-
stantissimo fini conducat, adæquabitur. Quia verò finis non in fu-
tura, sed in hac, qua fruimur, vita à peripateticorum constituitur, de
medio, ut minus rectè sentiat, & quod re uera non est, medium iu-
dicet, frequenter euenit; sicut Venetorum decreta Reipublicæ innixa
bono, summum excludentia, manifestant. Quare per rectam ulti-
mi finis agnitionem omne debet emendari inflexum, quod in medio
constitutum morali reperitur. De hoc summo ab Ecclesia directo,
ac reformato bono non umbram ad huc: sed ueram essentiam esse,
non inane aliquid, sed solidum sub eo inclusi, non tenebras, sed lu-
cem ipsam mortalibus afferre, iure affirmamus. e Id ipsum autem
e Th. 1. 2. q. 90. Art. 2. bonorum aliorum principium statuemus, quando in unoquoque
genere id quod maximè dicitur est principium aliorum, ita vt alia
dicantur secundum ordinem ad ipsum. Eo igitur humanum bonum
dicitur bonum, quatenus de superno participat. Qua ratione ita-
que Venetorum Consilio bonum statuitur Reipublicæ quod de bonis
Ecclesiæ, vltimis Elogijs, vel alia pia viuentis voluntate relinquen-
dis prohibens decretum nouissimè Editum est, si spirituale tollit,
Aeternum negat? Aut quo pacto sola moralis disciplina, Ciuilis-
que institutio substinebunt, vt sacras ædificare ædes in consulto Se-
f D. Th. 1. 2 q. 90. Art. 3 natu Religionis Præsul non possit, si f eius est ordinare in finem cu-
ius est proprius ille finis? An negabunt finem, ex quo Basilicæ ædifi-

cantur

[illegible] erigantur Templa? esse ipsius Dei cultum, hominum religione excultum, sacrorum ministratione absolutum? Fateantur sacerdotis esse, cuius hæc propria sunt, locum præscribere, delineare formam, aliaque quæ ad Sacri ædificij statum expedire uidetur, ex tempore proponere. Ecclesia bonum a malo uerè secernit, sicque vera est uoluntatis imago, uerum a falso distinguit, ita perfectissima illa intellectus, cuncta, quæ in ultimum finem ducunt, recipset, merito memoriæ exemplar, uelle igitur bonum, illudque scire posse, atque opere perfectè exequi, Solius ecclesiæ est. Ecclesia longè melius moralium uirtutum, ea quæ dicuntur principia docet, & animi uires, habitus, actiones, mores, assuetudines, electiones, præelectiones, verius cognoscit; consultationem, uoluntatem, libertatem, aliasque demum humanarum actionum circumstantias rectius distinguit. Has [h] ipsas quas moralis determinat, ut Agens, quod agitur, id quod agens agit, quo instrumento, quomodo, cuius finis gratia, quando, vbi, coram quo, quamdiu, in moralibus, acceptas reformatas autem Catholico uiro, optimo Cui præscribit Ecclesia. Conscriptos Venetorum Patres nunc ex nomine appellè necesse est: quæ uirtutum principia, animæque uires admittant, nobis manifestè exponant; quãdo contra ecclesiam, quæ ut animam formet: hæc introducit, imò contra rationẽ ipsam leges conscribunt, humanosque habitus, huc usque æterna, naturali, diuina, atque euangelica lege firmatis habitibus, præferunt, actione ethnici, ut tantum appareant: & circa ea se exerceant, quæ hominem constituere moralem, nõ spiritualem ualeant. Non talis est optimus Christianæ Reipublicæ mos, nec Venetæ vrbis uetus assuetudo. Sponte ipsi hæc agunt. credam, inuite alios firmare obstringunt, apparet, eos iam conuicta inscitia condemnet: [illegible] si optima extitisset electio, præelectione meliore suffulta consultatio apparuisset. Quid igitur si omnia apud eos uirtutum, atque operationum principia præuertuntur, pro habiantur effectus, an non malè affectæ uoluntatis, dicam uerius tirannicæ libertatis existimabuntur imperata? Laicorum enim decreta sunt, at de spiritualibus, subiectorũ quorum, uel etiam in hoc male utuntur instrumento sancita, quando eis talia seruanda proponunt, quæ naturali rationi, pactioni initæ, emphyteotica causa, testandi demum ad pias causas libertati aduersantur. Hæc autem per Senatus consulta perpetuò ualitura, humani tantum finis

gratia

g Frã. Pico. Mor. Philo. grad. 2 c. 1. &

h Idē grad. 2. c. 1 1. 6.

gratia, eo præsertim tempore, quo aduersus impios hæreticos Ecclesiastica magis a Catholicis defendi debuerat libertas, statuuntur. Ubi autem hæc sanciantur quis non intelligit? Venetijs in ipso Italiæ, imò catholicæ ecclesiæ centro, coram Paulo Summo Pontifice ipsius Ecclesiasticæ libertatis uindice: Finem ab ecclesia petendum ore Veneti fatentur, opere negant, principia, qualia ipsa omnibus libere præstat, recipere recusant. Meliora numquid sibi media virtutum statuent, quam catholicorum cœtus? nescio an hæc simpliciter cum moralibus determinent, ad quos nihil de Pietate, sanctitate, & Religione, cum Aristoteli, qui has haud nouit strictissimè credant. i *Pietas Excellétiss. Philosophi testimonio Dei, parentis cognitio est, hæc impios declarat Venetos, summi Parentis spōsam ipsiusque Vicarium spernentes. Sanctitatis, Deo agnito, recognitio diuinitatis propria est, eadem procul, ut profanos a sacro fidelium cętu eos arcet, qui & Dei ministros, sacra, ecclesias, domū, quæ Dei sunt, ad publicam retrahere potestatem curant. Religio autem quia cius, quod Deo redditum est, assidua meditatione iunctisque operibus cum Deo ipso indissolubilis religatio est, Venetos damnat, quia ea quæ in vltimis elogijs uolūtariè, aut uoto Deo offerunt catholici, omninò ut caduca reuocant: unde a Deo animo seiunctos, opere separatos hos iudicat Ecclesia. Pietate Religione, ac sanctitate Deo retribuant Veneti, quod suum est, alioquin humanæ tantū iustitiæ ministros, non diuinæ existere affirmauerim? At qui si filias prostituunt,* l *Religionis parentem fidem, Pietatis genitricem spem, caritatem sanctitatis matrem senatus Consulto, à proprio arceant Imperio. Peripatetici dicantur non catholici, quando* m *eas quas præter Philosophū Ecclesia uirtutes posuit, ab optimo (siue, vel a probo viro excludunt. Fateor modestiam in moribus, non in imperio statuunt. Sobrietatem priuatis prescribunt, Senatus omnium appetentissimus apparet, honestatem iubent dū ipsi christianæ honestatis terminos transiliunt, Virginitaté suadent, sed seruitutis, Obedientiam ad Senatum non ad Ecclesiam retrahunt. Reuerentiam genu non re ipsa Pontifici præstant. Benignitatem prædicant inexorabiles, Concordiam tuentur Ciuium, Ecclesię dissidium fouent. Humilitatem profitentur, sed tamen, ut Iuris est, Ecclesiasticis locū dare recusant, cū tamé enumerata, christianæ uiæ ad uirtutes, uel earum Comites, ac fructus existant. Moralis enim*

i Franc. Pic. Mor. Philo grad. 4. c. 35. D.

l Fran. Pic. Mor. Philo. grad. 4. c. 36. C.

m I ē grad. 4. c. 36. ad fi.

christia-

christianę disciplinę, cælum, & numero plures, & dignitate am-
pliores, ac splendidiores qualitate uirtutum stellas, quę uario, ac
rectius ordinato motu feruntur, insignitur; vnde & fidem proponit
Ecclesia, spem suadet, caritatem insinuat, & inter sancti spiritus
Charismata meliora sapientiam statuit, scientiam, & intellectum,
quæ intellectuales virtutes a Philosopho ponuntur. Ad quatuor
autem Cardinales cęteras omnes, quæ virum probum constituũt, or-
dine reducit. Quis igitur ab Ecclesia harum uirtutum principia
non petet, quis easdem ad diuinæ prouidentiæ exemplar reductas,
ac iusta diuinam sapientiam formatas non recipiet? Aut uerò al-
terum singulis statuet finem à summo bono diuersum, in quem or-
dinat suprema Ecclesiæ intelligentia, dum cuncta in Deum mouet,
a quo & ipsa immediatè mouetur? De Venetorum fide, nec dubi-
to, de spe aliquantulum solicitus sum de charitate desperans. Di-
cant ipsi, quæ charitas eorum est, quæ a termino humanę affectio-
nis, & mortalis boni, ut diuino, atque æterno appropinquet, non re-
cedit, nec in eodem, in quo antecessores eorum Sanctissimi Patres
perstiterunt diuino; vltimo, atque incorruptibili termino requiescit.
Temporali enim bono omninò astripta diuinum hæc humana cari-
tas arcet ita, ut ad illud reintegrandum, quod optimis decretis an-
tecessores statuerunt, causæ iustitia requirit, summi Pastoris moni-
tio expostulat: ecclesiastica demum indicta pœna compellit, nec ad-
duci valeat: Ne desint Reipublicæ necessaria oblata Deo auferan-
tur, edicunt Veneti, bono publico liberi sacerdotes nostro inquiunt
subijciantur Imperio, vt commodius priuati habitent, sacras ædifi-
candi, ędes beneficium interdictum existat: Quæ ad Ecclesiam iu-
re, vel pacto redire habent, irreuocabiliter Laicorum, ut excrescãt,
Clericorum minuantur facultates, apud Ciues permaneant. Hæc ca-
ritatis indicia non sunt, sed odij in ecclesiasticos: Accidiæ exemplũ
erga diuina, Inuidiæ contra spirituale bonum argumẽtum; Discor-
diæ inter Catholicos principium, Schismatis præsumptio, offensio-
nis, summi Pastoris scopus, Catholicorum demum omnium scan-
dalum:[n] quæ omnia opponuntur Caritati. Prudentes extitere mo-
rales: prudentiores Veneti apparuere; prudentissima omnium Ec-
clesia esse dignoscitur, cuius prudentia rectius consilium det, iudi-
cat, præcipitque ea, quę pertinent ad debitum finem[o] Hęc uerè il-
la humanę uitę Regula, quam Excellentiß. mus nostri temporis de-
scribit

[n] D.Th. 2.2 q.54. in pr.

[o] Frãc. Pica. Mor. Phil. grad. 8. c. 9. B.

scribit Philosophus, Lex est, quam qui struit, felicem vitam ducit, est via regia ad honestum dirigens, facultatum animę nostrę auriga, dum intellectum purgat, voluntatem implet, memoriam firmat, cęterasque regit potentias. Magistra est Ecclesia docens ex omni-

p Idē grad. 3. c. 33. D.

bus eligere bonum. p Felices auget eventus, spe futurorum adversos terminat: pręteritos ad aliorum utilitatē recolit, pręsentes supremę potestate iudicat, futuros pręvidet, incoeptos perficit gratia, Premiis propositis dolores lenit, voluptates non moderatur solum, sed damnat, appetitum verę rationi subycit, rationem Deo, cunctis rectè consulit, pręeligenda proponens: rebus denique adeptis rectè vtitur, vndequaque circumspecta, vigilans, sobria, perspicax, matura, opportuna, solers. Hęc neminem decipit, nec permittit se ab alio decipi, & novissimè cuncta ab ipso summo bono prodeuntia, per congruentia media in optimum finem dirigit. Et vere optimo tot ex hac Ecclesiastica prouidentia munera prodeunt: quia viro catholico prudenti lex Deus est, alias his qui extra Ecclesiam sunt libido statuitur lex. Dei itque Ecclesię consequenter exemplo nos ipsos, familias, Respublicas dirigere, formare, ac perficere tenemur, vt ei, qui non mutuæ Mundi partis solum, sed singularium, vniverso tempore summum bonum, ipsum bonum, semperque bonum existit, copulemur. Ita Sol hic virtutis vniversum humanum Orbem il-

q Fran. Pic. Mor. Phil. grad. 10. c. 4. in p.

lustrabit, Diemque in eo splendidissimum pariet. q Non enim quatenus futura inquirimus, & terrenis non principaliter inhęremus, Socratis testimonio, particulares Orbis cives sumus, sed Mundi, cuius Princeps est Deus, cui astant Angeli, sequuntur mox viri sapientes, & probi, qui sinceras, incorruptasque leges in Dei operibus intuentur, succedunt cęteri hominum gradus, qui eatenus sunt mundi cives, quatenus sunt rationis compotes, voluntate liberi, nati obtemperare Principi Deo, & ad eius imitationem cęteris pręesse, & imperare. In hac igitur Dei constituta civitate vir probus, (quisque probus inter se non secernuntur, sed eadem animi virtute formentur, quæ est cum Dei principis voluntate conformatio, legumque eius conservatio. Huic bene constitutę Reipublicæ, respondeat absoluta, & in omni parte recta particularis. quam mens

r Fran. Pic. mor. Phil. grad. 10 c. 4. A.

solum concipere valet: necesse est r hęc enim uti optima, cum ea, quæ Dei est, conformatur, perfectaque virtute perficitur. Huius Reipublicę Princeps prudentia est, forma virtus vniversa, quę vni-

versis

utrisque iustitiæ respondet, regulæ leges sunt ex virtute prodeũtes, ad virtutes ducentes, scopus est honestum, & summum bonum. Quæ & si solum sub Principe Deo, ita perfecta dari contingat, [s] talem enim in terra non reperiri dixit Plato, sed fortè constare in cœlo conspicuum exemplar eis qui intueri voluerint: Quæ autem huic proximius formatę Reipublicę accedunt, perfectiores dicuntur. [t] Similem, cuius modo retuli sententiam, ætatis nostræ absolutissimus sapiens, Venetorum dixit Rempublicam, dum eam ad exactè rectum accedere apertissimo ore testatur, quod haud scio, an ex nouissimè contra Ecclesiam secutis, scripturus, confirmaret: Quid enim si vniuersum Deo perpetuo ordine, ac voluntate retribuit, quod suum est, proximioribus Deo creaturis, pręstando, cum Veneti ipsi, & vniuersi partes sint, imò partis, vel exigua pars, ecclesiæ, quę in suo iure vniuersum repræsentat, re, & verbis detrahere contendunt? Deum summum bonum credunt, at semper bonum tacitè negant, quando bona defutura sibi publica auspicantur, si a priuatis, piisque viris ipsi summè bono religiosè tribuantur. Numquid eorum iudicio vnius tantum secularis ordinis Deus bonum erit, cũ ea quæ Deo voluntate offeruntur, vel voto dicatur, quasi sibi diuinitus concedantur, vt auferunt, atque impiis legibus extorquent. Vtinam sicut ante hæc secula eorum antecessores summum Reipublicæ bonum, ecclesiæ conseruandum crediderũt, præsentes, nec temporum habita ratione, quod longè a Deo est, eidem restituant. Sic non vnius Florentissimæ Urbis sed vniuersa Ecclesia Ciues Veneto dixerim, qui decreta ista diuinum exemplar ab Ecclesia petãt, & Deo in Paulo eius Vicario subiiciantur. Sic Venetorum amplissimam Rempublicam vniuersali, ac Diuinæ, seu saltem in mente perfectissimè conceptæ responsuram credam. Iure itidem affirmabo, sub principe prudentia hãc gubernari, si humana diuinis coniungat, suique formam a superioribus cęlestibus, non autem ab inferioribus mortalibus petat: legesque non ab vtilitatis riuulo, sed ab ipso virtutis diuinæ fonte hauriat, & in eumdem deriuet, scopum. denique honestum sibi statuat, & summum non Reipublicæ, aut priuatum bonum. Finis Reipublicæ duplex est, proximus, vt congruenter gignamur, nutriamur, seruemurque incolumes, hunc solum, non autem postremum, quo bene sumus, Veneti respiciunt: profectò nec in vnum bonum conspirant. Audiant eius quem scientiarum magi-

[s] Plato 9. de Rep.

[t] Fran. Pic. ad 10. c. 4. B.

strum, ac Sapientiæ præceptorem, aliquando habuerunt sententiam. ^u De u ratione, inquit ille, summi boni est, vt sit unum, ideo cunctæ eatenus summo bono fruuntur, quatenus in vnum verè conspirant, in quo nectuntur, & colligantur. In unum conspirant homines in propria domo, mox magis in Pago, adhuc magis in vrbe, & demum maximè, dum supra terrenas vrbes in Dei Ciuitatem eleuati, cum Deo uerè, & eminentissimè vno, felicissimè connectuntur, eoque unitissimè fruuntur. Ideo in vrbibus præclara eriguntur templa, ut moneantur Ciues eorum unitionem, ad id verè unum debere dirigi. Et vrbes illæ, in quibus vera Religio negligitur, uero fine sunt destitutæ, & non nisi æquiuocè merentur censeri vrbes, nã vrbes sunt tamquam parui Orbes, ad principem magni Orbis nos eleuantes, ad imaginem cœlestis Ciuitatis conformandæ. Adeo ut de vrbibus secus conformatis, id congruenter dicere ualeamus, quod frustra earũ Ciues pro salute sui imperij uigilant, cum id nõ custodiatur a Deo. Hæc ille ab Aristotele destitutus Platoni innixus, & re uera superno lumine illustratus, non Theologice tantum, sed Politicè scribit. Huius verò recti regiminis Magistratus ^x Templum Iustitiæ dici ualent, dum autem Iustitiæ dicimus, omnipotentis Dei Templum intelligimus, omne enim eatenus est iustum, quatenus cum eius uoluntate conformatur. Quicumque igitur hoc Templum, sacra facturus ingreditur, audiat Venetorum Senatus Princeps, non suis viribus confidere debet, sed auxilium tenetur petere a Deo. Est Magistratus Dei Ara, in quã potissimum Dei oculos esse conuersos intuemur, sed talis Venetis est, ut in ea immunda, & Profana, nouissimè sacris exclusis, sacrificio exponantur. Intelligant Venetorum statuentes, ^y Platoni assentientes, omnẽ legum inuentionem, vel proximè, uel per medium, in Deum referẽdam esse ex tribus præcipuè, Id primo suadet absoluta ueritas, re uera enim rectũ, & bonum a Deo manãt; Confirmat authoritas, & obedientia, ita enim populis lex proponitur maiori authoritate munita, & populi libentius ei obtemperant, cum nemo renuat obtemperare Deo, nullusque sanæ mentis de eius Iustitia dubitet, conuincit demum, quod omnia, quæ a sapientia, prudentia, potentia, liberaque voluntate prodeunt: quales leges sunt, a Deo manare dicuntur. Hinc antiquiores sapientes: secundum diuersas conditiones fictis Deis respondentes, leges Deo sacrarunt. Quemadmodum sapientiæ lex Mineruæ

u Franc. Pic gr. 10. c. 14. B

x Franc. Pic grad. 10. c. 22 in pr.

y Plato in primo libro de Rep.

uerna Solonis, & Draconis testimonio, Contemplationis Saturno; cui Carondas leges dicauit. Lex regiam exposcit potestatem, ideo Minos ad Iouem retulit. Iustitiam veluti formam, & animam requirit, ipsa autem est Mundi Sol, merito Plato Ioui, & Apollini leges sacrauit. Quæ cum eloquentia exponantur, ter magnus ille, sui nominis, Deo adscripsit. Reuera autem cum hæc omnia munera, & præsertim libera voluntas bonum quærens, a vero Deo emanent, catholicas legis lator suas in eum dirigere leges omnino adstringitur, ut Moyses primiore seculo fecit, nobis relinquens exemplum. Quare Diuinus Plato in legum apendice scripsit. Finem esse legum, ꝓ Dei cultu, & vita puritate optimum, ac pulcherrimum uitę exitum consequamur: quod utinam. Veneti ab Athenico Philosopho recipiant, sicut & alterum, quod in condendis legibus perniciosius est errare, quam hominem interficere, eiusmodi namque error inulnerum. per multa secula interficit animos.

Imperatorem, cæterosque christiani orbis Principes non habere in ecclesiasticos imperium, ꝫ nec paritas inducit iurisdictionis, sed inferioris ordinis prohibet potestas, quę, & sanctissimis Pontificis pedibus subijcit uniuersos, cuius habitualis potestas spiritualia complectitur, secularia tangit, & utramque actus exequitur. Hac ut facilioribus explicentur medijs, cum ex diuinę prouidentiæ ęternæ lege, iure itidem Naturę, diuinis, tùm moralibus tum iudicialibus, & cęremonialibus pręceptis, nec non expressius ex Euangelica lege, morali inde disciplina politicorumque regulis superius probatum existat, humanæ potestatis habitum, nec ab actu seiunctum, a laicis haud pendentem, in Ecclesia, eiusque Principe reperiri; qua ratione actu, nunc talia in pluribus retineat summus Pontifex, & in his pręsertim, quę magis catholicæ expediunt Reipublicę probandum erit. Potestas igitur. hęc in Pontifice collocata, commodè in maioritatem dignitatis & iurisdictionis diuidi potest, de prima, neque apud aduersarios quęstio est, ratione enim causę efficientis, quia a Deo immediate est. Formalis. quia eum Christi Vicariū facit, in quo reperitur, Materialis, dum cęlestia cuncta, vel humana complectitur, finalis demum, quia summum, ac diuinum bonum habet pro fine, Ecclesiæ Princeps, cęteris pręcedit. Sed an huic diuinę dignitati absoluta apud mortales competat iurisdictio, imò an hęc eadem actu eius nutu exerceatur, Canonum argumen-

ꝫ C. innotuit par. quāuis de elect. & l. nā Magistratus ff. de Arb.

 tis,

a DD. in Ru- r. de Iur. omn. iud.
b L. Imperiū de iur omn. iud. & ibi DD.
c C. Verū de conuer. coiug. & c. ex publi eo eod.
d Host. in sū. de Rescr. par. quis vires. ver. itē Apostolus
e Host. in rub. qui fil. sint leg. par. qualiter, et a quo ver. sed Papa.
f C. ex parte de decim.
g c. statuimus de trās.
g c cum pridem de pact. & c nisi essent de preb.
h c. Licet vniuersis de test.
i L. ex hoc iure, & ibi DD de iust. & iur.
l Bal. i tract. schis. in Rub. c. si quis ali. sect. pro bi. col. 10.
m Bart. in l. ex hoc iure ver. ulterius oppono ff. de iust. & iur.

tis, ac iuris rationibus comprobemus. a Iurisdictionem dari sacri Canones, legesque ciuiles vnica sententia testantur. b Hanc autem absolutam in Principe potestatē, q̄ superiorē non recognoscat Merum, esse Imperium dixerunt, cuius cum plures sint gradus, eos tamen, qui nostram causam subleuant proponentes illos præcipuè de Ecclesiæ usq; Pontifice dici, de reliqs Orbis Regibus, ac Dinastis consequenter usurpari demonstrabimus. Primus se se offert meri imperij gradus, quem maximum dixere interpretes, cui sublimius potestas illa absoluta tribuitur, quæ omnium iura in sacro pectoris scrinnio includat; Pontifici hoc absolutè competere nemo negat. Hic enim licet ius non tollat diuinum, modificat tamen: vt illud, quod Deus coniunxit homo non separet; de coniunctione animorum carnis secuta copula intelligatur, c alias ante carnis coniunctionem Religionis ingressus matrimonium separat. d Apostoli ipse met Pontifex, sentiam modificat, qua præscribitur consecrādo, ut unius sit uxoris vir, dum super bigamia dispensat: e Duorum fratrum filij, alieque personę d una lege legitimè coniunguntur, iure tamen pontificio, prohibetur Iure diuino decimæ absolutè debētur, f prouidet Papa dū cōpositionē approbat, huiusmodi etiam prouisionibus, ut pro spiritualibus, aliquando temporalia recipiantur, diuino reclamante iure, g pro uidente tamen superiore concedit. Ore itidem quo præditus est diuino, h illud itidem declarat, in ore duorum, vel trium stat omne verbum, hoc est non pauciorum. Huius igitur diuini iuris, modificatio prouisio, & declaratio, nec ad seculi pertinet; Principes, quacumque effulgeant dignitate, cuius aßumpti ratio euidentißima esse dignoscitur, quia ab eodem fonte, a quo hæc diuina emanant ipsa Ecclesię potestas deriuatur, cum Principum imperium, quod nescio an Venetis persuasum sit, i ius gentium usu, & necessitate suadente excitauerit, idipsum, asserunt Bartolus, Salicetus, Angelus, Castrensis, Communisque DD. Schola cōfirmat, l hoc idem Bald. veriori sententia, explicat, dum iure gentium, ex solo eligentium consensu Reges ortos esse declarat, m quibus fuisse concessum imperium, propter impunitam delinquendi licentiam, Bart. admittit. Excrescentibus enim populis fiunt Regna condita, Regesque creati. Nihil igitur ad Principes, de diuinis, humana curent; quæ tamen ab Ecclesia accepta habeant. Maximi præterea imperij radium clariori splendere lumine in eo, qui descendit a

Pâtre

Patre luminum oculi inguentur mortalium ex eo, quod per se Pontificia refulget maiestas, proprijsque consistit potificius status viribus, dum nullum in terris spiritualis christiani orbis Monarca recognoscit superiorem, aut parem admittit: [n] Papa enim omnes Mundi Dignitates praecedit, [o] & his universis superior esse dignoscitur, [p] quia prima Dignitas in Ecclesia est, ipsis etiam Imperatoribus id recognoscentibus: [q] Quando, & illis maior est, [r] cum unicus sit, & supremus Princeps orbis terrarum, & universorum, qui habitant in eo, [s] quorum dominus existit. Orto enim Christo Iustitiae Sole, in cubilibus suis revocate sunt caeterę mundi potestates, [t] antea namque Mundi dominus dicebatur Imperator, [u] nunc rectius Christi Vicarius, a quo Romanus Augustus investitur: & a Deo Imperium est, concedimus, per eum enim Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt; sed quod Deus Petro, Imperatori Petrus, mutuato lumine, ut Sol iustitiae communicat. Solem enim hunc ab ęterno profani verò regiminis Lunam formavit Deus in tempore, [x] cui convenit Canonistarum sententia dicentium Deum Angelos per se primum, hominesque creatos rexisse, dum Adae quędam pręscripsit, Cain exilij pęna punivit, primi seculi homines dirigens, vsque ad Noe, cui fabricandę Arcę dedit imperium, in qua delineata fuit Ecclesia. Ius hoc in Moysem summosque post eum Sacerdotes, populique Iudaici principes transmissum, post Melchisedech, ad Christum usque deductum est, naturalem dominum, ac Regem omnium. Regia verò, quae ante Moysem, vno Melchisedech excepto, excitata est potestas, tirannidis fuit excessus, non iusti dominij exemplum, [y] in poenam peccati introducta. Homicidiam haec ante diluvium habuit authorem Cain, [z] qui filij sui Enoc nomine, Civitatem edificavit; in qua violentum exercuit imperium; [a] Post cathaclismum autem Nembroth, hominum oppressor, ac robustus venator coram Domino, Babilonis, & vt verius dicam confusionis, iecit fundamenta, a quo Belus Assiriorum Rex primus, & Idolatra, caeterique post eum Tiranni traxerunt originem. Deum igitur, Protoplastum, Moysem, aliosque, iustissimos viros, Israeliticae Gentis principes, legitima ecclesiastica potestas authores habet, raptores, iniustos, homicidas, seculare imperium, nisi illud, dirigente Christo, pręcipiente Ecclesia, ad Deum a quo omnia fluunt, revocetur. Ex hoc fit, vt summi Pontificis iurisdictio

n Cle. Pastoralis de sent. & re ind.
o Clem. 1. de iureiur.
p Auth. de eccl. tit. in 1.
Dist. 12. c. 1.
q Gl. in c. cum ad verū 96. dist.
r Gl. in clem. ad nostrum de haeret. in verb. ecclesię.
s Gl. in c. 2. in 1. de priu. in 6. & in prob. lib. 6. in ver. Magistratum.
t L. depraecatio ff. ad l. Rod. de iact.
u Corsett. de mate. Trib. q. 104. ver. qui hodie.
x Innoc. & Abb. in c. licet ex suscepto de for. comp.
y D. Anton. in sū. par. 3 lib. 22. c. 1 par. 14
z Gen. c. 4.
a Gen. c. 10

risdictio adeo extendatur, ut omnes seculi dignitates subditas habeat, tamquam [b] a Domino dominantium, ius regiminis Regum in subditos habente, derivetur. [c] Apud Pontificem, itaque est suprema potestas, in qua parem non habet, [d] qua prior est imperio. [e] Et sicut aurum excedit plumbum, sic etiam dignitas & authoritas Papæ Imperialem excedit: imò sicut Luna lumen recipit a Sole, ita Imperij Sidus a pontificio Sole, qui numquam cognoscet occasum. [g] Pontificem esse super omnia iura Mundi Catholici negabunt? Aut pronunciabit Hæreticus, contra Canonum decreta, [h] non esse primum & maximum omnium Episcoporum, & Patriarcharum in tota Ecclesia, nec secundum Deum præ omnibus esse honorandum, [i] cum sit omnium Dignitatum culmen? Supremus hic Dei Vicarius est, [l] & qui contrarium dicit, mentitur. Pastoris summi habet officium, ergo Regis summi retinet potestatem, pastores enim divino iudicio Reges dicuntur, sic [m] Cyrum Esaias, aliosque Iudæ, & Israelis Reges Prophetas appellaße scriptura demonstrat. Cum itaque is, qui alios dignitate præcedit, præcedat imperio, & supremus Princeps inferiores imperio coercere habeat, maximè si est unicus, & dominus totius orbis: cumque Pontifex ipse à Christo potestatem habeat in omnibus Vicarius, quo mediante Imperatores investit: & in ipsum tanquam in Petri successorem legitima transeat potestas, quam uti Sol seculari Lunæ communicat, & cum prius sit Sacerdotale Imperium, quam legitimum Regum dominium, & illud in naturali innocentia, hoc post peccatum introductum sit; fit, ut Romanus Pontifex Dominus dominantium meruerit appellari, habens ius regiminis Regum in subditos utque ei suprema potestas tribuatur, quæ æqualem non admittit, imò sicut aurum excedit plumbũ, imperij apicem hæc excedit, dum super omnia extollitur. Quæ omnia non simplicem spiritualem dignitatem, non Ecclesiasticam nudam tantum potestatem dicunt, sed temporale potius supremi pastoralis regiminis ius, politicorum lippis oculis obijciunt. Qui hic fateri argumentis obstringuntur, in tantum a temporali dominio Ecclesiæ Primatem non excludi ut in eo pondus totius secularis regiminis quasi in suo centro reclinari, admittere cogantur. Ne tamen solo verbo, aut remotiori habitu potestatem hanc summam Pontifici competere, probatum videatur, re ipsa id omne actu verificari, existentibus iuris probemus exemplis.

b Bald in c. Ecclesia Sãcta Maria in 1. col. de const.
c Bal. in c. 1. in 1. col. de prob. Ias. in l rescripta de praci. Impe. esse.
d D. Anton. in sũ. part. 3. lib. 22. c. 5. par. 14.
e Duo sunt 96 dist.
f C solita de maio & obe.
g C. cuncta per Mundũ il 1. 9. q. 3.
h Io. de Tur. Cro. sup c. cum ad verum 96. dist.
i Bald. in c. cum accessissent de cost.
l Bald. in l. Barbarius Philippus ff. de offi. præsid.
m Esa. c. 44. et 45.

plis per eosdem Meri Imperij gradus transeuntes.[n] Concilia congregare Meri Imperij est: [o] solus autem Romanus Antistes Concilium congregat Generale. [p] Nec ex Canonistarum verißima sententia p Imperator, aut Galliæ Rex, quamuis Ecclesię filij concilia indicũt, imò [q] nec concilijs aßistere, seu sacris Canonibus statuendis interesse illis, aut cæteris mundi Potestatibus conceditur, vt authoritatem suam in Ecclesiasticis regulis firmandis, uel minimam impartiantur. Vocati enim accedunt, [r] & cum ad fidem pertinentes habendi sunt conuentus, tunc enim commune clericorum, Laicorumque negotium repetutatur. Licet aũt laici Principes a Concilijs excludantur, non tamen ab his, quæ Concilia statuunt eximuntur, [s] quia laicis obsequendi manet, non imperandi neceßitas. Non ut potentiæ specimen Martianus Imperator Calcedonensi Concilio, sed ut fidem Cõstantini exemplo confirmaret interesse voluit.[t] [u] Maximum est in Regibus imperium, illudque merum, dum cognoscentes [x] generalia decernunt, Edicto, publicè obseruanda proponunt, Rescripto, quæ sibi placeant manifestant. Habet sua Aristocratia Senatus consulta, & responsa Prudentum. oligarchia paucorum potentium edictis, quales Prætores dicere possunt, in albo locum dedit, legem demum coniuncta potestate Senatores, ac Patricij, cum plebe iubendo constituunt, & Plebiscita democraticè non minus, quam leges ualere cęperunt. [y] Quibus tamen, qui imperij limitibus, non continentur, non obstringuntur, imò nec ecclesiasticos, quos eorum in sortem admittit Regnum attingunt, id tamen ecclesia, eiusque una lex summus Pontifex iure diuino habent, [z] vt eorum Canones, Constitutiones, Decretales Epistolę, Decreta, Dogmata, sanctiones demum & mandata omnes ligent, ita, vt ex eorum sententia pronunciantium, & decidentium iudicia regulanda sint. [a] Conditori enim Canonum creatoris Vicario omnis creatura subiecta est, [b] vt fiat ex hoc vnũ ouile & vnus Pastor, si nihil eximatur a subiectione Pastoris. Optimè nãq; [c] Innocentius illud Domini pronũciatum, Quodcũque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis, præcepto, vel statuto intelligit, [d] uniuersaliter autem, de omnibus uerificari, uerbũ quodcumque demonstrat. Dicit namque [e] Chrysostomus, Petrus

a filio

n Inn. in c. transmissam de elect.
o C. Generalia 16. dist. cũ sequẽtib.
p Bald. in c. olim ex literis de Rescr.
q C. Adrianus il primo 63. dist.
r c. Vbi nam 96. Dis.
s C. non placuit 16. q. 7. & 96. dist. c. bene quidẽ.
t C. nos ad fidem 96. dist.
u DD. in l. Imperiũ ff. de iurisd. om. iud.
x L. ius autẽ ciuile ff. de iust. & iu. D. Tho. 1. 2. q. 95. art. 4.
y Par. ius de Ciuile inst. de iur. nat. gen. & ciui.
z C. Canonũ de const. cum concord. not. ibi per gl & DD.
a Inn. in d. c. Canonum de const.
b [illegible] in d. c. Canonum de const.

c Inn. in c. quod super his de uoto, & uot. redem.
d Fel. post Abb. in d. c. Canonum de const. nu. 5.
e Chrisost. in Act. Apost.

a Filio super omnes, qui filij sunt accepit potestatem. non ut Moyses in gentem, sed in uniuerso orbe; obtinet enim vices Dei in terris. f Quare iustè de statu hominum, & bonis fidelium ordinare potest, g quia Christus, Pontifex, Episcopus, & Sacerdos, quando unus alio cooperatur, pro uno Ecclesiæ sponso computantur. Imperat autem suis legibus, atque præceptis Pontifex summus, non solum omnibus inferioribus laicorum ordinibus, sed etiam primi subsellij Principibus, h ut Angelicus pronunciauit Thomas i Addit Innocentius, quod Papa summi Regis Vicarius est; ideo potest principes, Reges, Imperatores ex notorio crimine; existente infamia, aut accusatore proprio subijcere iudicio, & in eos animaduertere; l. nam Romanus Pontifex est ordinis omnium. Et in tantum Canonum statuta ligant, m ut qui per contemptum illis contrauenerit, a mortali non excusetur reatu, maximè si n præceptiua existant, o quamuis etiam Canon consilium cōtinens in multis obliget, & ita Ecclesiasticæ obligant constitutiones, ut p Prælato non seruanti Canones, iure subditi ante latam sententiam negare obedientiam possint, modò adsit contemptus; quod Venetorum Præsules turpiter, scilicet statum in quo versantur, ignorarunt. q Illud autem Venetæ Reipublicæ optimates magis damnare videtur, r quod credens Canones non ligare, tamquam ab eo sanciti, qui potestatem talia condendi non habeat, potest uti hæreticus condemnari, s & meritò si Episcopus est; qui ex contemptu t monitus in opinione persistat, depositionis pœna multatur, u Canonicaque ei irrogatur infamia. x Quod tamen intelligimus tum Canonistis sentientes, si Constitutiones generales sint, utputa, quia Ecclesiæ fauorem includant, quod argumentum necessarium, uniuersalitatis est, nisi contrarium reperiatur expreßum, & per abrogationem sublatæ non sint, & Canon imperet, non consulat. y Hæc tamen Pontificem summum prædictam statuentem non subijciunt, z quemadmodum ciuiles eum non obligant leges; in hoc maior omnibus sæculi Principibus; Quorum iurisdictio, etsi ab Imperio præscripta; quales Francorum est, alio-

f Ioā. Scot. de perfe. sta q. 9 relatus per Fel. d. c. Canonum num. 7.
g Fel. ex sententia D. Th. in d. c. Canonum num. 8.
h D. Th. in tract. de Regi. & Regn. ad Reg. Cip.
i Inn. in c. 1. de offi. ord.
l Inn. in c. cū dilecti de for. comper.
m C. nam cōcupiscentiam de const. et ibi late Fel.
n C. 2. de ma. & obed. cum ibi not. per DD. pariter in d. c. Canonū de const.
o Cano. ques refert Fel. in d. c. Canonū de const. nu. 16. 21. & 22.
p Gl. in c Sacerdotes 2. q. 7.
q Gl. in cap generali uer. vsus

inhibemus de elect. in 6. quam approbant Card. Imo. & Domi, & Abbas relati Fel. d. c. Canonum de const. r C. denique par. vl. dist. 4. s Abb. in c. illud in 3. not. De maio. & obed. t Cano. in c. Canonum de const. & maximè Fel. u C. cuncta in primo 9. q. 3. c. proposuit de concess. preb. x C. satis 96. dist. y C. per venerabilem iuncta gloss. qui filij sint legitimi Confes. qui multa cumu. de maio. z Treb. 3. 2011a p.

aliorumq. Christiani orbis Principum, & præcipuè Venetorum, z Cyni antiquissimi testimonio, cui alij assipulantur interpretes, a non tamen ab Ecclesiæ temporali iugo subducitur. b Contra enim summam potestatem præscriptio non currit. Hoc verissimum esse illud necessario probat, c quod defacto Imperio deficiente succedit Papa, ita, & cum iure deficit Principatus aliquo mediante, qui non recognoscit Imperatorem, d vt Galliæ, e atque Hispaniarum Regum, ne f aliquis detur Acephalus, quod omnino non admittitur, dum tamen, & Regnum vacet, & à Iustitiæ præpositis iustitia denegetur, g quemadmodum Abbas sentit Panormitanus, a l summum in hoc Pontificis iura restringens, tunc enim in temporalibus Romanus Antistes se intromittit, licèt h absolutè prouocari ad sedem Apostolicam in interregno, cum alijs dicere possemus, sicut & in arduis negocijs, maximisq. difficultatibus. An hæc conceduntur iura Imperatori, cui prorsus denegatur quocumq. casu in Clericos iurisdictio? Hoc diuino iure vtitur Pontifex, quia omnibus superior est, intantum, vt de Gentre in aliud Genus Imperium transferat, i Stephani Romani Pontificis exemplo, qui Græcorum iura Imperij occidenti concessit, authoritatem Zacariæ l secutus, qui Merouceorum gente exclusa. Gallicum Diadema Carolo Pipini Filio obtulit. m Imperatorem enim prima Ecclesiæ sedes inungit, approbat, confirmat electum, coronatum ex caussa deponit, iuramentum deniq. ab eo fidelitatis recipit. Et secundum hoc, licèt n non sit potestas nisi à Deo, quia subdit Apostolus, quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt, secu'i potestas, etsi maxima spirituali subordinatur, ac temporaliter quoque subijcitur, ex Deo autem dicitur, quia Dei voluntate, Pontificis iussu, ac Sacerdotis nutu secularis educitur gladius. Adeò autem ab Ecclesia pendet Imperium, o vtqui se ab Ecclesiæ iugo subtraxerint, nec nomen, vt Grecis accidit, Romani Principis mereātur. p Legis virtus imperare est, permittere, vetare, & punire, imperant Canones Laicis dum ipsos quacumque dignitate, authoritate, ac iurisdictione refulgeant, eorumq. supremum Principem

E An-

z Cin. in l. fi. C. a' peti. here. & in l. fi. C. de do. na. inter vir. & vx. quem refert Corset. ibi ver. cū hic

a Extrauag. vnā sanctā de ma. et obe.

b Inn. in c. bone il 2. de postu. prælat.

c Abb. in c. licet ex susce pto, vbi multa cumu. de foro cōp. n. 8.

d C. per venerabilē qui filij sint leg.

e C. Adrianus il 2. & ibi gl. in ver. per singulas. 63. dist.

f C. nulla rōne 93. dist. Corf de mat. Treb. q. 104. ver. nec erit.

g Abb. in c. licet de foro cōp. n. 3. & 8

h Cano. in c. nouit de iud. & in c. licet de for. comp.

i C. venerabilē de elect.

l Gl. in d. c. venerabilem in ver. transtulit.

m C. veneralilē de elect. c. cum ad Apostolica de sent. & re iud. lib 6. clem. Romani de iureiur.

n Ad Roma. c. 13.

o Gloss. in d. c. venerabilem de elect. in ver. in germanos.

p L. legis virtus ff. de legib.

Augustum ligant. Imperat summus Canonum lator Imperatoribus ipsis, vt iure, et meritò totius orbis viua lex appellari debeat, quando, & Clericis iubet, laicos verò coercet. Lex est quę concedenda permittit, sic plurima omnißis spiritualibus, & quæ ęternum respiciunt potius, quam commune bonum, permittit Laicis Papa. q Consuetudinem namq. recipit, qua Laicis permittatur Ecclesię forum adire. r Vel si vacet Imperium, & causa deuoluta sit ad Imperatorem, implorantibus iudicium Pontifex non deest, sicut si iudicis secularis notoria deprahendatur negligentia Ecclesia audit, dummodo iudicis sit, qui non recognoscat superiorem; s qualis est, iuncto Senatu, Venetorum Dux, cætereq Italiæ publicę administrationes. t Miserabiles Laicorum personas sui esse fori Ecclesia concedit, quas sub vmbra alarum suarum recipit, u à quibus pauperes non excludit. x Laici recusati, ac suspecti Iudicis partes, quando superiorem in prouincia non habeat, Ecclesiasticus loci ordinarius in iudicandis Laicis suscipit. y Ecclesias, aut eius seculares seruos, & ministros à Laicis vexatos iudicio, quoscumque compescendo, Ecclesiastica tuetur potestas. In quibus vel similibus negocijs, indefectum iuris, vel facti ciuilia administrantium, vel quia non adsunt, aut iustitiam non ministrant, seu iure non valent, Ecclesia succedit, tamquam omnium Iudex. Nec dici potest hæc Pontificem Romanum permittere non potuisse, eiq. non esse credendum, etiam si hæc statuerit, cum eius respiciant fauorem, z legis ipsius ciuilis argumento, nam qui talia proponit, a Innocentij iudicio sacrilegij reus efficitur, negans transmissam potestatem legitimam à Christo, qui fuit naturalis Dominus, Iudex, Rex, & legifer noster, in Petrum; cui potestatem summam, clauesq. Regni Cælorum, ac terreni concessit. Ex quo factus est non modo Moysis successor, sed in locum substitutus Saluatoris. Ex his eliduntur cuiusdam male sentientis Canonistæ argumenta, quibus probare contendit, Papam non posse, aut non se debere in temporalibus intromittere, hilari vultu ab aduersarijs excepta. Addo, quod Moyses vtrumq. Imperium habuit, & vtriq. foro leges præscripsit, spiritualibus leuiticas, secularibus iudicialia, morales vtrisq. Sic Christus, quatenus congruum, aut expediens fuit, ad id, pro quo venerat absoluendum, potestatem exercuit temporalem, vt superius posita argumenta confirmant. Nec tem-

q Cano. in c. si duobus de appell. & in c. si clericus de for. comp.
r C. licet de fo. comp. cum ibi not. per Gann.
s. Abb. in c. licet nu. 9.
t C. ex parte de for. comp.
u C. significantibus de off. & potest. iud. del. cum not. per Inn.
x Auth. ut diffe. iudi. par. 1. & 2. Cano. & præcipuè Abb. nu. 7. in d. c. licet.
y C. Ecclesiarum 12. q. 2.
z L. de statu ff. de interro. actio 14 q. 2 c. 1.
a Inn. in c. licet quem refert Abb. nu. 11. de fo. comp.

temporalis simpliciter gladij prohibuit exercitium, sed secundum quid, [l] quatenus Ecclesiæ statum non respiceret interdixit, quia tunc habitualem quã dedit temporalium iurisdictionem, adactum deduci, in Ecclesiæ fauorem permisit. Hoc enim duplicatę Claues quibus Cęlum reseratur, iudicatur terra, apertissimè demonstrant. [c] Hoc idē duo gladij, quos Dominus Petro habere permisit, [d] eosq. sufficere, non satis esse pronunciauit, seu eorum alterum, quem non abijcere, sed in vaginam mittere, oportune euaginandum ad sanguinem, manifestant. [e] Non venit Christus soluere legem, sed adimplere, non vt temporalia destrueret, sed reformaret. Quatenus igitur, contra sponsam eius Ecclesiam, eiusque ministros temporalia non sint, perpetuari in sua obseruantia, eterni, ac noui mediator testamenti, eiusq. in terris Vicarius concedūt. [f] Ita Christi Regnū de hoc mundo pręcipuè non esse, quamuis [g] data sit ei omnis potestas in Cœlo, & in terra, potestas temporalis, actu in quantum expediens executa, optimè declarat. Ne dum relata suis legibus contra Politicos permittit Ecclesia, sed plurima diuino spiritu vetat edocta, quorum primum, ac præcipuum est, [h] ne Clericos laici suo foro subijciant, dum è conuerso [i] Clericis Laicorum Tribunal interdicit, nisi id patrimonialia, ipsiusq. rei forus, aliquando permittant, quod proprio spondemus absoluere loco. [l] Leges ferri prohibet, & statuta, siue edicta proponi contra fidei dogmata, contra Ecclesiæ Canones, & aduersus Ecclesiasticas res, aut personas, vel si contra bonos mores sint, publicamq. honestatem ledant, amplius iam edita, & sancita corrigit, seculi in hoc cohibens potestatē. [m] Vetat vlterius sacrorum distractionem, ecclesiasticorūq. bonorum alienationem interdicit. Quæ legis virtutes an in laico reperiantur Principe, proximè enunciata, aliaq. breuitatis causa retenta facilè demonstrant. Punit demum summus Romanæ Ecclesię Sacerdos seculi Principes, absoluta etiam dignitate, & libera iurisdictione insignes, dum subditis ex causa, denunciationem Euangelicam contra eos permittit, [n] eosdemq. à fidelitatis præstito iuramento absoluit, absque eo, quod lesæ Maiestatis pęnas rependant. In ceteros quoq. [o] in sacrilegij crimine, vel quasi animaduertit; [p] Vsurarios, [q] Simoniacos, [r] Hæreticos, quamuis Laicos damnat. [s] Adulterij, [t] Fornicationis, [u] ac periurij crimen in laicos vindicat, alijsq. quę nunc ex proposito reticemus delictis

[b] Extrauag. sanctam de ma. & obed.
[c] Lucæ 22
[d] Extrauag. sanctā par. ecce duo.de ma. & obed.
[e] Mat 5.
[f] Iohan. 18
[g] Mat. c. 28
[h] C. Nullus cum concord. de for comp.
[i] C. si clericus cum ibi not. per gl. & DD. de foro compet.
[l] Abb. Fel. & DD. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ de const.
[m] C. 1. cum seq. de reb. eccl. alie. vel non.
[n] C. venerabilem iunct. gl. de elect.
[o] C. cum sit de foro comp.
[p] C. quoniā de vsu.
[q] C. 1. & tot. tit. de Simo.
[r] C. ad Abolēdā de hęr.
[s] C. inde off. ord.
[t] C. vel Clericorū de vita, & hone. cler.
[u] C. nouit p. uls. de Iud.

penas, etiam laicis ea patrantibus, præscribit, vel ius Diuinum coadiuuans, aut Iuri ciuili assistens, cum tamen Clericos de quouis crimine l. icus non condemnet, nec eorũ causas, iudex, cognoscat. An igitur imperare Regnantibus, eosq. Canonibus stringere Ecclesiasticis, dum Ciuilibus Pontifex Constitutionibus non redditur obnoxius, seculi Principes, Imperia'is iurisdictionis vinculo solutos, Sanctissimi pedibus non subijcient, dum in hoc nullo præscriptionis tuentur priuilegio, ne dicantur Acephali, & merum, vereque Maximum Ecclesiæ temporale imperium non constituent? Quid si iure deficiente Imperio, aut de facto cessante, in destitutionem iustitiæ laicos iudicet, vel Imperatorem ex causa deponat, & imperium transferat, ac nõ esse extra ecclesi. m legitimos Imperij fasces edicat, eligendique potestatem concedat, modum præscribat, electionem approbet, reijciat, postquæ fidelitatis iuramẽtum recipiat: Beatissimus Ecclesiæ Pastor, non ditioni eius temporaliter Reges terræ subdi aperto ore fatebimur? Dicamus, quod dum summus permittit Pontifex, vt laici, ob iustitiam ministratu t. um defectum, vel ratione causæ, siue intuitu personæ, supremum adeant, spretis Laicis, Ecclesiæ Iudicem, cum temporale exercere imperium, cuius authoritate, cum laicis, & clericis certa pena statuta, varia coercerantur crimina; quæ sub temporali gladio reponuntur, illum neuaginasse, & euaginare, pascere demum, & occidere negabimus? Ei qui talia; & maiora horum faciat, minora; & spiritualia magis concedi negabunt Veneti, dum Clericos, ecclesias, earumque patrimonium, a proprio pendere iudicio existimant? Gens sancta est, Dei Domicilium, Domini hæreditas, quod Senatus sibi vendicat, Sacerdoti attestanti non credunt, rationibus confirmantibus acquiescant Laicis in Ecclesiasticos omnino denegatur iuris dictio, eorum iudicio personæ nec subijciuntur, res, siue spirituale, sacrum, aut religiosum quid contineant, seculi tribunal effugiunt, temporalia directè, aut obliquè in eorum haud rediguntur potestatem, Diuino iure reclamante, pontificijs constitutionibus prohibebitus. Et vt de
x Psal. 104 diuina primum inhibitione probemus. x Nolite tangere Christos meos Regij, ac sanctissimi Principis ore pronunciatũ est, quod de Sacerdotibus, & Ecclesiasticis dici sequens ostendit sententia, & in Prophetis meis nolite malignari. Reuerendos ex hoc esse Sacerdotes, ab eorum abstinendum iniuria, subiectionem eorum interdictam.

interdictam reperiri, catholici sensere Doctores. præcipuè autē Ecclesiæ ille Cardo y Hieronymus. Unde, & Moysis z testimonio Dijs non esse detrahendum deprehendimus, a Ideo non reliquit homines nocere eis, & corripuit pro eis Reges, Corripuit certè ob illatam Moysi, & Aroni iniuriam, & ob denegatam sacrificandi facultatem hebræo populo Pharaonem: Saulem a regno deposuit, b quia Noben sacerdotum domicilium, ipsosque sacerdotes interitu uno deleuit. c Zacariè sanguis, qui ab Amasia effusus est, cum sanguine Abel adhuc clamat, teste Domino in Euangelio. Diximus Leuitarum ætatem, probationem, defectus Aroni, & successoribus reseruatam extitiße, Refugiique Ciuitates, quę Leuiticæ sortis erant, seu potius Domini, qui est possessio eorum, immunitatem dicere ecclesiasticam, illud idem signare d Sacerdotum terrā a Ioseph in Ægypto a tributorum solutione liberam redditam. Saluator ipse dominium Laicorum in Clericos, a lege gratiæ excludere volens, e dixit, Reges gentium dominantur eorum; eorum enim verbum non ad Apostolos contendentes, quis eorum videretur esse maior, sed ad cęteros temporali iurisdictioni subiectos refertur. f Quod & ipse clarissimo comprobauit exemplo. Interroganti namque Pilato quid est veritas, vel quia hoc erat, eius qui summa veritas est, conditionem quærere, quod prophanis denegatur Iudicibus, aut quia Rex, & Sacerdos a nō suo Iudice interrogabatur: sine iure, quia causa Religionis erat, tacuit. Id aliquo pacto Pilatus animaduertens, nō de laico, aut de profanis causam dici, hæbreos ipsos iudices esse voluit, dum dixit Vos legem habetis, & secundum legem vestram iudicate eum, quod iam pridem impio prę-sidente Pontifice actum fuerat, dum Reus mortis exclamantibus omnibus factus est. Nec Iudei ipsi responderunt, nobis iudicare datum non est, sed occidere non licet, hoc est sententiā exequi sanguinis non permittitur. Quod totum ex euangelico præscripto seruat Ecclesia. Illud autem, quod dictum extat Saluatoris, non haberes in me potestatem nisi tibi desuper datum esset: nec Laicis admissam in clericos potestatem concludit, quia speciale fuit, vt Redemptio humana sequeretur, quod Christus Deus, & homo, cui seruantur omnia, homini quem creauit esset subiectus: nisi enim Pater in manus hominum filium, vt seruum redimeret, tradidisset, nunquam Dominum gloriæ Pilatus crucifixisset. Occidendi Chri-

y D. Hieron. quem refert Vgo Cardina.
a Psal. 104.
Exo c. 22.
Psal. 104.
b 1. Reg. 22.
c Mat. c. 23.
d Gen. c. 47.
e Luca c. 22.
f Ioan. c. 18.

stum

ſtum igitur supernè data eſt poteſtas, non Apoſtolos iudicādi: quæ propter diuino [g] Imperio ſunt prohibiti milites cohortis ab omni Diſcipulorum iniuria: fuit namque non legitima illa poteſtas, ſed tenebrarum, quam aliàs exequi non potuerunt: quia nondum venerat hora eius. Quod autem Iudex pronunciat Chriſtus, præco eius Paulus clamat: [h] ſpiritualis autem iudicat omnia, & ipſe à nemine iudicatur. Perſonas, diuinum Dei iudicium, Eccleſiaſticorum non ſolum à ſeculi eximit poteſtate, ſed res ipſas, eorumque miniſtros immunes reddit. [i] Hoc Cius ad Hebreos reſcriptum apertiſsimè explicat: Vobis notum facimus, edicit ipſe, de vniuerſis Sacerdotibus, & Leuitis, & Cantoribus, & Ianitoribus, & miniſtris Domus Dei, vt vectigal, tributum, & annonam nō habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. [l] Tributum in ore piſcis, piſcante Petro inuentum eſt, didrachmam autem repertam, non totū piſcem iuſsus eſt dare, quia non eccleſia dari Imperatori, non pontificalis apex, qui in ore capitis eccleſiæ, præeminet, ſubiici regiis poteſt: ſed tantum: quod exterius in ore ſtateræ depræhēditur ſoluitur, quia de quibuſdam exterioribus, quæ de foris accidunt; eccleſia dari tributum permittit, quod de his intelligitur, quæ cum onere ad Eccleſiam tranſeunt. [m] Hoc quoque non iure ſubiectionis, ſed pro defenſione ſolui Eccleſia determinat, [n] ceſſare autem ſi is non defendat cui præſtatur manifeſtum eſt. [o] Quis vero eſt qui iudicat alienum ſeruum domino ſuo ſtat, aut cadit. [p] Cuius, dicant Veneti, eſt ſacerdotum imago, quæ ſacrorum Eccleſiaſticarumque rerum ſuperſcriptio? Dei, Deo igitur debentur, eiuſque Vicario, ac ſubordinatis ab eo ſublimioribus poteſtatibus: [q] quibus omnis anima iure Euangelico ſubdita eſt; non eſt enim poteſtas niſi a Deo, quæcumque autem a Deo, ſunt ordinata ſunt: hoc autem, cum dignitate ſublimiores, & in ordine poteſtatis maiores Eccleſiaſtici ſint, Laicos, inferiores, Clericis, eorumque ſummo Antiſtiti ſubdi, apertiſsimè Apoſtolici præconis voce: denunciat. [r] Et quamuis Iuſtinianus Clericorum iudicium ſuis in criminalibus reſeruauerit, ac immunitates aliquas conceſsiſſe videatur, quod temporalium iura Regnorum in Eccleſiam demonſtrare, aduerſarii contendunt: Dum par in parem non habet imperium, & nemo priuilegium contra ius concedit, niſi ſupremus, & abſolutus Princeps. Id tamen, alia ratione factum cognoſcimus,

[g] Ioan. c. 18
[h] 1. ad Cor.
[i] 1. Exdr. c. 7
[l] Tributum 23. q. 8.
[m] Gl. in ver. eccleſia in d. c. tributum 23. q. 8.
[n] Gl. ibi in ver. defenſare.
[o] Rom. c. 14
[p] Mat. c. 22
[q] Rom. c. 13
[r] Auth. de ſanctis epi, c. par. ſi. vis contra coll. 9

vt

at & haeretici nempè Pontificis potestatem, s quam ipse pluries legum suarum testimonio supremam recognouit, negantes, Imperatoris auctoritate compescerentur, & nascentis tunc, nec adultae in laicorum pectoribus pontificiae potestatis, imperium consolidaretur: si quas autem immunitates Ecclesiae dedisse videtur, hoc potius redintegrando, quae temporum iniuria, tirannorum uis, Ecclesiae mansuetudo, abstulerant, quam denuo concedendo, constituit, sic enim, & dari manumissione libertatem dicimus, t cum sit potius detectio, & naturalis, quae iuuito iure omnibus competit, restitutio, sic illud Genesis intelligi potest, u da mihi animas, hoc est restitue captiuos, qui mei fuerant, caetera tolle tibi. Iuri diuino positiuum succedit, quod diuina innixus ratione, Ecclesiam, eiusque ministros, Deoque sacra, & dicata immunia declarat, filius enim dum quaestio libertatis proponitur, matris sequitur conditionem, x militans autem triumphantem cognoscit Ecclesia Matrem, quae liberissima est; Imò sponsi dignitate principis cooneslatur, coniuncta potestatem induens uiri. y In consistorio autem, ut inquit Ambrosius, Christus non solet adesse reus, sed iudex: z Quod Friderici constitutio confirmauit. Nullus itaque Iudex secularis Clericos iudicare, aut distringere valet; alioquin excommunicationis poenam haud effugiet. Et ita hoc dictum restringitur, a ut non possit clericus per consensum, etiam iuramēto firmatum in laicum iudicem consentire. Ita Canones Mileuitanensis, & Carthaginensis Concilij b per Panormitanum relati, clericis in hanc descriptam formam laicorum forum interdicunt; primi audiamus editam cōstitutionem. Clerici non protrahant Clericos ad iudicia publica, relicto Pontifice suo, si secus fecerint caussam perdant, & a communione habeantur extranei. Hoc strictius determinat secundum, dum punit vberius; Episcopi, dixere, congregati in ea Sinodo patres, Diaco i, & quilibet clericus in criminali, seu in ciuili negotio, si derelicto ecclesiastico iudicio, voluerint se publicis iudicijs purgare, locum ammittant, etiam si pro eis fuerit lata sententia, & hoc in criminali actione, in ciuili vero perdant, quod euicerint, si locum suum obtinere uoluerint. Conueniendus est itaque, c siue de spirituali agatur, siue temporale negocium causa contineat clericus coram ecclesiastico; d siue realis actio intentetur, aut personalis, aut criminaliter, vel ciuiliter procedatur; e intantum, vt si fuerit conuictus

s l.nos C. de sacros. Eccl.

t Gl. in §.r. inst. de liber ti in ver. datio.

u Gen. c. 14.

x par. sed si quis insti. de iur. gen.

y C. c. nouimus 23. q. 8.

z Auth. Cassa. C. de sacros. Eccl. Auth. statuimus de epis. et cler.

a C. si diligenti de for. cōp.

b Abb. in d. c. si diligenti de for. comp.

c Abb. in d. c. si diligenti nu. 2. post Petr. & Goffr.

d Abb. in c. qualiter de Iud. & in d. c. si diligenti nu. 2.

e C. atsi clerici & ibi Abb. & Card. de Iud.

uictus, vel crimen confessus apud laicum iudicē, nec ei confessio nocet, vt possit ex ea condemnari. Et quod fortius est, f nec tenetur, aut potest compelli in eadem persistere, adeo quod ex ea a suo iudice multetur; Et hoc non modo, g quia confessio per laicum a clerico extorta præsumitur, cum Clericis laici sint infesti, h sed etiam ex defectu iurisdictionis, quæ non prorogatur, ne uideatur Canon Laicorum iura contra clericos confirmare. Et ita restringitur, i vt huic iudici facta per clericum confessio, nec vim iudicialis, aut extraiudicialis habeat confessionis; Et adeo laicorum iurisdictio in laicos abrogatur, vt non sortiatur aliquod ius etiam in reconuentione, l quę in laici foro clerico facta reperiatur, maximè si criminalis reconuentio sit, si tamen criminalia iudicia hanc admittunt, quod non quærimus. m Siuè igitur crimen sit Canonicum, & de eo criminaliter agatur ad pœnam corporalem, vel temporalem, siue multa imponenda veniat, aut infamia irroganda, & demum quãuis ciuiliter agatur ex delicto, Clerici causa a laico, nec principaliter, aut incidenter, directè, aut indirectè, ex conuentione, vel recõuentione; imò nec per uiã exceptionis, quicquid sit in reconuentione ciuilis negocij, & si personalis, Realis, vel mixta proponatur actio iudicari potest. n Iura enim indistinctè, vt clericus a laico nullo modo iudicetur prohibent; Quia respectu personæ, & Ecclesiasticæ rei, ipsius causa spiritualis dici potest; Ideo si iudicaret laicus, non de persona in personam, sed de specie in speciem transiret iurisdictio, quod omnino denegatur, ne fiat Ecclesiæ Dei iniuria, quæ Christo, maximè, dicitur irrogari, o quia eius legatione Clerici funguntur. p Sed & laicis est in dicta pœna: si ad seculare tribunal clericos protrahant, actor enim a iure suo cadit, iudicatum non tenet, & iudex ex tunc iudicandi potestate priuatur, Friderici constitutione, ex ipso Ecclesiasticorum decretorum fonte deriuata, statuẽte; q Iustiniani aliorumque leges, nec vsu receptas omninò irritans, quibus clericos in Ciuilibus aliquando, in criminalibus perpetuo, apud laicos præsides conuenire permittebatur: Iustinianus enim, eiusque antecessores Principes temporum statui, seculique qualitatibus magis deseruientes, Ecclesiæ fauorabilia non pauca, plurima vero sacris canonibus contraria sanciuerunt, quæ omnia tamquam lata a non habentibus potestatem, quamuis in Ecclesiæ fauorem, reuocantur, ad mentem r Concilij Romæ Simaco præsidē-

f Abb. in d.c. atsi clerici. nu. 14.
g 2. q. 7. c. laicis, & Abb. in d.c. atsi clerici de Iud. nu. 14.
h Inn. in c. g inquisitionē de elect. Barba in addi. ad Abb. c. atsi clerici.
i Abb. in d.c. atsi clerici nu. 14
l Gl. in d.c. atsi clerici quã sequitur Abb. ibi n. 19
m. 10 Andr. in c. 1 de mu tu. pet. & io. Cano. in d. c. atsi clerici,
o p [illegible] Abb. n. 20. 21
n. C. uno de cler. coniug. lib. 6. not. Archid. & in c. 2. de fo. cōp. c. clerici, de Iud.
o C. nullus de fo. comp. [illegible]
q [illegible] clerici [illegible] ius d. c. [illegible] cle. Auth. [illegible] clerici [illegible]
r C. [illegible] d. 96 [illegible]

ite celebrati. Hanc vsurpatam potestatem indicant imperiales sanctiones, quæ de meris spiritualibus extant. s Vt quod publici officiales, nec rationibus reddendis obnoxij, ni accedat palam eorum, qui rationibus præsunt assensus, ad sacros ordines non admittātur, duarum partium bonorum translationis, pœna indicta. t Sed & sub certa taxata multa Curiè ascriptis a Clericatu abstinere iubet Iustiniani Imperatoris rescriptum. Quid autem absurdius, formam iuramenti, u vt non tactis, sed propositis Euangelijs, Episcopi deponant, ausus est, idem Imperator declarare. x Pœnam quid Clericis falsa deponentibus imponere ausa est, temporum illorum imperialis malè vsurpata autoritas, & quod ridiculum est temporalis suspensionis, ac perpetuæ depositionis. y Diaconissarum, quarum nec nomē seculi agnouit potestas, ætatem, qua ad officium promoueantur, determinare non timuit; z Hanc presbyteris, quorum ordini, & manui imperialis subijcitur maiestas, Græcorum illa vanitas, triginta annorum præscripsit, in qua Episcopum consecrari voluit, quasi id sui iuris esset, sicut etiam de cæteris statuere ordinibus. a Et quasi suo iure conferre beneficia intendat, ad Ecclesias eos promouendos esse declarat, qui sint de populo, aut ex illa, vbi sita est Ecclesia, ciuitate. Nec intelligentes Greculi quod b ad eum condemnatio pertinet, cui absolutio competit, c Episcopum a Cōcilio damnatum, Episcopatum depositum ne resumat edixerunt, pęna intrusionis in Monasterium indicta. Et eo peruenit audacia, d vt ascriptitijs, nisi de consensu Domini, ordines non permiserint. e Clericis Imperiales Constitutiones, nescio an destitutiones dixerim, fortuna ludos, suspēsione trium annorum proposita, vetant. f Iustas, & legitimas mulieres a Clericis relinqui quæ præsertim ante Sacerdotium legitimum viri meruere coniugium, non permittunt; Clericorum, & mulierum habitationem prohibent, g Episcopum ob concubinatum depositionis iudicio damnantes; Simoniacum, ab Episcopatu excludunt, & demum de Sacerdotibus ad ordines sacros, inde ad ipsamet sancta transcūtes, h Reliquias, nonnisi Episcopi iudicio in Ecclesijs collocari posse statuerunt. Intrent igitur in sancta sanctorum, Sacerdotales induant vestes, sacrificia ministrent, Ecclesiastica disponāt, damus eis manus, quando hęc ambitus, & secularis potentiæ excessus, nō dicam latina ecclesia ne Grçce emula videatur; sed ipse Romanæ

F cha-

s L. officiales C. de episc. & cler.
t Auth. sed neque c. de episc. & cle.
u Auth. sed iudex C. de episc. & cler.
x L. presbyteri C. de episc. & cle. & Auth. de sāctis episc. par. reuerendissimis col. 9.
y Auth. Diaconissam C. de ep. & cle.
z Auth. de sanctis episc. par. presbyterum col. 9. et in r. uer. qui que hoc quo
a L. in eccle siis C. de episc. & cle.
b L. nemo ą condemnare ff. de reg. iur.
c l. gēiq. C. de episc. et cle.
d L. q'ç' C. de episc. & cler.
e Auth. de sanctis episc. par. interdicimus col. 9
f L. eū q. C. de episc. et cle.
g Auth. episcopo C. de episc. & cle.
h L. decernimus. C. de episc. & cle.

Catholicaque Ecclesiæ vniuersalis sponsus Christus, quasi ex illegitimo iurisdictionis fonte deriuata, non admittat. eiusdé igitur probationis. seu correctionis iudicio, cui hæc supponuntur, subijciantur ea, quæ de clericorum personis, aut de Ecclesiæ bonis, uel etiam
k L. cum clericis. C. de episc. & cle. *fauorabile Imperiales sanctiones constituunt; qualis est k Martiani constitutio illa, quæ Clericos Constantinopolitanos, Patriarchę, & Prętorio præfecto subijcit, eadem ratione l Iustiniani no-*
l Auth. ut cleri. apud pro. epis. per totum. *uissima tolli debet Constitutio, qua cauetur, clericum in ciuilibus apud Episcopum, nisi aliud causę natura expostulet, esse conueniédum, in criminalibus verò si temporalis causa sit, coram laico Iu-*
m Auth. statuimus C. de epis. & cler. *dice, si spiritualis, coram spirituali Antistite. m Friderici vero constitutio, nec abroganda est, quia Ecclesiam sui iuris restituit; sed Diuina ratione, quia omnis de his statuendis facultas,*
n Deu. c. 18. *omnino laicis denegatur. n Non habeant Sacerdotes, & Leuitæ, & qui sacerdotalis sunt ordinis, partem cum reliquo populo, Præceptum Domini excipientes, prętereà edicunt Veneti: sed dura*
o Deu. c. 32 *ceruice, o vtinam saperent, & intelligerent, & nouißimam Diuini oraculi uocem apprehenderent, qua Domini sacrificia, oblationesque illis perpetuo permittuntur, quę iure sibi hæreditario vendicant, sicut eorum legitima hæreditas Deus est, ipsique iusta eius-*
p Psal. 23. *dem poßeßio existimantur. p Domini autem cum sit terra, & plenitudo eius, Sacerdotibus, quasi diuinis exactoribus, ut in Ec-*
q Leu. c. 27. *clesiæ ęrarium conferant, q Decimę diuino iure debentur, quas utile laicorum dominium Diuino, ac ideo directo, in recognitionē suo tempore persoluit. Hos igitur si vt indignos, quibus vltima voluntate relinquatur, iudicant, simulque a succeßione quacumque, & inter viuos acquisitione, excludant sine causa Veneti, decimarum compositionis beneficio renuncient, & ad diuina iure decreta alimenta clericos restituant, decimas omnium quę poßident integras persoluant, sic verè Israelitas eos Domini adimpleuisse*
r C. suggestū & c. ex multiplici de Decim. *præceptum iudicauero. r Licuiße Romanis Pontificibus ecclesiæ nomine decimas cum ipsis componere admittent, & negabunt adhuc, Sanctißimum potuiße Paulum Quintum Petri Patrimonium, clericorumque bona ab eorum iniuria uindicare. Publica cum ciuibus ratione posita perpendat conscripti Venetorum Patres, si decima ab omni onere libera, & impensa, ad Ecclesiasticos perueniat in eorum imperio, an longè maiores futurę sint, quam in*

præsenti

præsenti existant Ecclesiæ facultates: uberiores certe. Addo quid si Ecclesiæ ultra decimas, s ut Leuitis veteri lege determinata portio possessionum, assignāda veniat; quæ Ecclesiarum qualitati sacerdotum, ac clericorum numero respondeat, ut duo de quinquaginta traditæ Leuitis ciuitates, Catholicis id faciendum suadent; t funes certè caderent clericis in præclaris; etenim præclara eorum esset hæreditas. Sinent quæso Ecclesiæ augeri patrimonium, qui diminutionis decimarum beneficium sunt experti, ut id quod remittitur, hoc quod conceditur compenset. Sed habeo Venetorum refugium. Decimas inquiunt summorum Pontificum indulgentia remissiores, antiquissimo itidem iure præscriptas soluimus, Clericorum integrum esse volumus Patrimonium sed ne in infinitum, maximo cum Reipublicæ detrimento excrescat, Decreto obuiemus, quò subditis prohibemus Laicis, nè piè ultima uoluntate, aut inter viuos dispositione in Ecclesiasticos res ditioni nostræ subiectas quouis titulo transferant. u Ceci verè sunt, ducesque cecorum, dum Diuinæ hoc legi repugnare non uident, & publicam, quam sibi ante oculos ponunt utilitatem; ledere haud animaduertunt. Iure ego ab his, quos prudentissimos aliquando existimaui, nunc autem inuidos, expeto, an sapientes, quos in spiritualibus adeunt, sibi vmquam declarauerint, x Ea omnia, quæ Deo offeruntur Diuino deuota numini, eidemque consecrata, ac sacrificata intelligi debere; sic diuina scriptura talia reputat, y eademque retenta naturam in sacerdotum, cedere possessionem, & eorum perpetui fieri iuris, apertissimo ore clamat: Quare, sicut, & hoc efficere, ut Deo Votum, consecratum, aut sanctificatum aliquid dicatur, nisi res ipsa, aut offerentis intentio, & oblatio id constituant, Laicus Princeps non potest, ita quoque, ut talia non veneantur consecrentur, aut sanctificentur prohibere non poterit. z Nolle enim eius est, qui potest, & velle, & in particularibus rebus Dominium Iustus Rex non habet, sed imperium: a Immolent Deo sacrificium laudis Veneti, & riddant altissimo vota sua, in voluntariis quæ Deo offeruntur sacrificium laudis consistit, vouere, reddenda esse altissimo vota decernit. Diuidunt sibi vestimenta Christi, & super vestem eius sortem mittunt, qui bona Ecclesiæ etiam indirectè vsurpant; summi enim Regis Sacerdotes; eorumque res indumenta censentur. Sed hi qui mittere manum in Christum Domini non timent,

s Iosu.c.21.
t Psal.15.
u Mat.c.15.
x Leu c.ult.
y Nume.c. 18.12.q.2. c.nulli
z L.eius est nolle ff. de reg.iur.
a Psal.49.

Vgo Card. in Psal. 104. et Mala. c. 3. b Dijs detrahere non verentur, in terra sancta iniqua agentes, dum bona inuadunt Clericorum, iura diminuunt ecclesiæ. Audiant Propheticum oraculum c si affigat homo Deum, quare, & uos affigitis me dicit Dominus, & dicitis in quo configimus te, in Decimis, & in primitijs, & in penuria maledicti estis. Tradita Aroni, & filijs eius pro sacerdotali officio legitima sempiterna, omnia, quæ uel santificari, aut voto reddi à filijs Israel contigisset, esse cognoscimus, Veterum inquiūt Sapientes: At ea de quibus statuit Senatus laicorum sunt, nec Deo consecrata, deuota, aut santificata existunt. Hoc totum concedimus actu, at sunt in potentia talia; eius autem est prohibere ne potentia deducatur ad actum, cuius est facere, vt illa in actum deueniat, hæ Dei partes sunt, qui talia per ministrorum manus consecrat, & sanctificat. Voluntatem prætere a; quę in superiorem fertur, regulatam tamen; & optimam, inferior, etiam in despotice sibi subdito, aut in seruo; nec tollere, vel captiuare potest. At Deo, vt superiori, ac directo omnium Domino, libera Catholicorum voluntate vouentur, quę ecclesiæ quouis titulo offeruntur; nec igitur pia irritari voluntas, aut reuocari aliquo Principis decreto relictum, siue dispositio cassari, præter diuinæ Religionis permittetur offensam. Succedat commune Reipublicæ bonum, hoc proximè editum Senatus consultum, bonorum, ac prudentium iudicio damnet. Spoliatur ecclesia; ditatur Respublica, facilè conceditur; clericis detrahitur, publicè prouidetur utilitati, id summa ratione negatur. Hæc enim, quę ecclesię sunt, vel eius iure fieri debuerant, siue priuatorum commodis inseruiant; aut in publicum reducantur censum: benè constitutę Reipublicæ erunt perniciosissima, atque obnoxia, parabunt enim in nobilium potestatem, vltra id quod possident, redacta, optimatibus potentioribus faciliorem ad principatum, & tirannidem uiam.

d Iauell. tra. 2. l. 2. polit. c. 1. e Arist. 4. de Repu. c. 12. d Vnde Solonis lex extat, qua Athenienfibus prohibuit, ne ciues agrorum quantumcumque voluissent, sed usque ad certum possessionum terminum emerent, ne censu authoritas excresceret, e Diuitum enim, vt Aristoteles ait, plus habendi cupiditate magis Rempublicam destruunt, quam quæ multitudinis. sunt enim cupiditates uiribus prędita. sed esto, quod iure accrescendi, id quod de Ecclesię Patrimonio diminuitur plebeis, & vltimę sortis hominibus cedat in possessionem, popularis ita temperatus euadet animus, vt

cum

cũ pecuniæ quantitate adeo non crescat; vt à nobiliũ iugo colla subtrahere, & optimatum regimen ad popidare reducere non audeat? exemplum impromptu Philosophi est, f Leucadis Reipublicæ, quæ cum cuilibet impune permitteret, quolibet titulo, cuiusc umque res sibi acquirere, facile ex Aristocratia, ad Democraticum statum, plebeis diuitibus factis, deducta est. Demus publico hæc omnia inferri Erario; quæ sacris Sacerdotibus, ecclesiæ demum destinata, applicari debuissent, an libertati expedire prudentiores iudicabunt ciues, si publica Ciuitatis bona tanta sint; vt finitimi ea inuidentes concupiscant? Philosophum audiant, huic malo occurrentem g Tanta inquit ipse debent esse Ciuitatis bona, vt lucrum non afferant bellantibus, si contingeret eos esse victores, imò potius detrimentum, quia magis expensum esset in expugnatione, quam in victoria consecutum. h ita Anthophardati Principi obsidionem Acharneæ Urbis meditanti, vt refert ibi Philosophus, prudenti consilio proposuit Eubolus, dum obsidionis maturè considerato tẽpore, cum quo belli sumptus computaret, si maiores lucro expẽsas, etiam consecuta victoria inuenisset, obsidionem, vt ommitteret suasit. At hæc de Ecclesia verificari haud possunt, quæ & si priuatè, vel communiter poßideat, nec Reipublicæ suspecta redditur. Non enim clerici secularia administrant, nec Magistratus gerunt, aut in Reipublicæ sortem admittuntur, ita vt uel Nobiles, aut plebei clerici potentiores facti, aliquid contra regiminis statum audere possint. Quod verò communiter Ecclesia retinet, minori hostiũ, maximè christianorum, subiacet periculo, quando, & patrimoniũ Domini est. Itaut, quod Reipublicæ in priuatis, & Laicis suspectum sit, in Ecclesiasticis imperij præsidium potius cognoscatur: Addo, quod Ecclesia priuatos sublevat, pauperes, ciues, familias ecclesiastico consensu alit, ac nutrit, Nobilibus ex proprijs possessionibus substantias adijcit; & cum ipsa belli tempore voluntaria pro Patriæ defensione subministret, & quasi commune ciuitatis erarium in necessitatibus habeatur, longo tempore, alijs non sibi, quæsita conseruare iure affirmandum videtur. Quid si naufragium

f Arist. quẽ refert Iau. tract. 2, lib. 2 poli. c. 1.

g Arist. quẽ refert Iau. tract. 2. lib. pol. 2 c. 2.

h Arist. quẽ refert Iau. 2. poli. tract. 2. c. 2.

aliquando respiret, aut ad prioris ordinis gubernationem restituatur; ecclesiastica cuncta salua, communibus etiam usibus profutura sibi, Ecclesiæ liberalitate, esse intelligit, quibus hostium auaritia, ciuium cupiditas pepercit. Hanc partem, quæ Deo contigit, hostes non exquirunt, ciues non appetunt, ut pro ea bella, seditiones, regiminis perturbationes moliantur, sicut si hæc apud priuatos resideant, uel publicum recondat, aut nobiles, uel plebei possideant; & tamen in Republica remanent ea, quæ vera Religio promit, dum in necessarijs Reipublicæ, ad sacra, permittente ecclesia, defensionis causa suadente, sæpius deuenitur. Testis Italia sit, experta demonstret Hyspania, Gallia demum ipsa concedat: quarum Prouinciarum ecclesiæ, licèt aliqua, eis bella, & seditiones abstulerint, ac multo plura improba pax, partem tamen licèt diminutam, ab omni temporum iniuria vindicatam conseruant, quando priuata, publicaque bona abierunt. Illustriores, hoc idem, & plures nunc reddit ciuitates, quarum nomen alioquin cum temporali Imperio cecidisset; huius rei Toletana Ciuitas, ac Burgensis, aliæque Ecclesiastica dignitate insignes Hesperiæ Urbes; Sed uerum Remensium, ac Turonum, cæteræque Galliæ intuitu ecclesiarum, celebres ciuitates, quæ maioribus, potentioribusque splendore, & autoritate, ecclesiæ beneficio præstant, exemplum præbent. Id ipsum ostendunt Rauenna, aliæque Italiæ, quas nunc ecclesiæ titulus conseruat, vrbes Roma denique ipsa manifestat, cui si uetus Imperium bellis euentus abstulit, Decus, gloriam, ac dignitatem uniuersalis ecclesiæ sedes, longè maiora parauit. Meritò itaque, summaque ratione, ea quæ ecclesiæ offerūtur, iuris Diuini esse profitemur, publicæque in ordine præcedere iudicamus, nam sicut diuina firma semper, & immobilia permanent, ac perpetuò duratura conseruātur, sic talia hæc, dū ecclesiæ fiunt euadunt, & sicut diuina Deus ipse particulari iudicio tuetur, ita & omnia, quæ Ecclesia possidet mirabili prouidentia conseruat. Quare Hypodamus, teste Philosopho 2 Politicorum, Reipublicæ territorium in tres partes diuisit: scilicet sacram, publicam, & priuatam, sacram autem dixit de qua viuerent sacerdotes, & ministri sacrorum, ex qua acciperentur, quæ ad diuinum Cultum sacrarumque ædium constructionem, ornatum, ac supellectilem necessaria essent. Plato Ciuitatum Conditoribus præscribit, vt in agrorum distributione Dijs im-

Arist. ... refert Iau... 2 ... poli. tract. 3.

imprimis agros lucosque conuenientes, & eximios dedicent. Audiant hij, quos nec Diuini iuris respectus, aut communus Reipublicæ vtilitas mouet, m Etnicum Philosophum sacrilegos admonentem. O admirabilis vir, non humanum te malum ad sacrilegia vertit, sed exitialis quidam asillus, a priscis, & inexpiatis flagitijs hominibus innatus, hominesque circumagitans, quem cunctis viribus effugere debes, quomodo autem effugere posis audi, cum talis oboritur in animo cogitatio, confuge obsecro ad expiationes, confuge suplex ad liberatorum Deorum sacrificia, confuge ad bonorum uirorum cōsuetudines, vbi partim audias, partim discas iusta, & honesta, quæ ab hominibus colenda sunt, quę si feceris cessabit hic morbus ab animo tuo, & bene tecum actum erit. Lex diuina est, quæ conseruat ecclesiam, admittitis Veneti; teneo, at quia per Deum Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, multa, quæ de ecclesiæ subiectis statuenda sunt, quamuis Diuina, Deo tamen autore statuimus, vel statuta ab xijs declaramus. falso propomtis. Sapiens n ille idem Plato huic perniciosissimo malo occurrat: Leges de rebus Diuinis, inquit ipse, a Delphis petantur, constituanturque illarum interpretes, quibus utendum est: eadem repetita lege, diuinarū legum interpretes eligendos iubet, qua, & sacerdotes, horum verò creationem Deo committendam esse censet. Moralis hæc, superno lumine destitutus, nec sibi commissa esse, sed Deo intelliget, Catholicus Deo, ipsiusque Sponsę Ecclesię, Deique Vicario, a quibus veriora petenda sunt Diuinorum responsa, non dabit, sed temporali potestati adscribet? o Eu seculis nostris uidit Dominus gentes ingressas santuarium suum, de quibus præceperat ne intrarent in Ecclesiam suam: p Eu hostes Iudę, & Beniamin, non veteris templi reędificationem, sed nouarum Basilicarum constructionem Clericis, ni publicus Principis accedat assensus, vetant, numquid non Domini est terra, & plenitudo eius, & ipsi non præparantur habitationes? Aut solum in quo ædificantur priuatorum dominio non subiacet, in quo Princeps ius aliquod non habet? Hæc vos expressè Veneti, sacræ doceant

m Plato l. 9 de legi.

n Plato de legi.

o Trenis

p 1. Esd. c. 4

tus iure uti noluisse, sed ab Ephron Hetheo agrum, & speluncã precio accepisse: hunc autem mutata litera Ephrã uocatum ea ratione, ut inquit Hieronymus, quia qui loca sacra vendunt diminuunt nomen apud Deũ, Ephran enim dicitur infirmus, vel imperfectus: r At Reipublicę Venetorum Dux, & Senatus, longè prudentiores Abraam, solum quod ecclesiæ ædificandæ paratur sibi ipsis ascribunt, nec ut religiosus, aut sacer fiat, etiam si priuatorum sit, & singulari, uel uniuersali titulo transferatur, permittunt? s Dauidi cum Gad Domini Propheta dixisset, ascende, & constitue Altare Domino in Area Areuna Hiebusei, & ei respondisset Areuna, offerat Dominus meus Rex sicut placet ei, nequaquam hoc se facturum pronunciauit, t sed sexcentis auri Siclis Aream emit, ubi Altare Domino ędificauit: quo loci deinde à Salomone augustissimum illud Templum edificatum est: Eius igitur sacri Edificij solum, in quo tot Auri, argenti, Eris, ac ferri talentorum millia erogata sunt, sexcentorum Siclorum auri pretio à Principe, ex priuati, subditique bonis emptum est, ut notetur, id quod priuati iuris est, absque Principis autoritate quocumque titulo, ad Ecclesiam maximè edificandam, transferri posse. Si uerè priuatorum bona Principis essent, u uineam, ut sibi uẽderet Naboth, impius Acab non petijsset, eamque non cum sanguine, sed iustè ablatam possedisset. x Materiam Dauid, ut Dei Domum edificaret parauit, extruxit Salomon, sed diuino monitus oraculo, non iure imperij, cum solus Moyses edificandi Tabernaculi leges præscripserit, quod ius in Sacerdotes successores trãsmissum, y Iosue filij, Iosedech sacerdotis tempore, in templi reedificatione executum est. Iudas ille fortissimus Maccabeus, nihil de lapidibus, ex quibus Altare Domini constructum fuerat, dum uti à gentibus fedatum demoliret, statuere uoluit, z donec ueniret Propheta, qui responderet de eis. a Tribus, quibus trans Iordanem cecidit sors, reprehendit Phinees, quod alio in loco, quam elegisset Deus, Domino Altare, religiosè tamen erexissent. Quibus omnibus monemur, nullam de sacris destinandis, aut edificandis ædibus, siue materiã, vel locum, aut formam respiciant, determinationẽ ad Laicos Principes pertinere. Circa forum aliaq; publica Vrbiũ loca sacręne edificentur ædes Venetorum Senatus constituit, vtque inconsulto eo noua non erigantur templa, aut cenobia construantur, siue Zenodochia,

r D.Hie quęst. Vgo ... in c.23 Ge.
s 2.Reg.c.24
t 2.Par.c.21
u 3.Reg.c.21
x Paral.c.22
y 1.Esdr.c.5
z 1.Mac.24
a Iosu.c.22.

-ebia, aliaue huiusmodi erigantur, quasi locus, & res ipsa, publicæ tranquillitatis habita ratione, id non exquirant b Plato a quo bene constitutę Reipublicæ datam recognoscimus formam, de Téplis construendis hæc statuit. Templa circa forum struantur, iusta hæc Magistratuum iudicumque Palatia, in quibus sacratißimis Edibus iustam accipiant, ferantq; sententiam; partim quidem tamquam de rebus sacris iudicaturi; partim vero tamquam iudicantiũ Deorum ibi sint Delubra. Nec ergo Reipublicæ perniciosa Templorũ, etiam in loco publico, ac suspecto, vt in foro, edificatio est, imò diuinum quoddam, ac Regimini neceßarium putauit antiquitas. Sũt enim hæc diuinæ Religionis Stemmata, optimi regiminis monimẽta, flagitiosorum sepes, quando eas transilire non audent, seditiosorum compedes, dum Numinis metu nihil ibi, aut in proximo moliri tentant, miserorum confugium, quos religiosus locus amplectitur, potentiorum frenum, quo maxille, ne aliquid intra earum septa audeant, constringuntur. Leditur itaque Religio, dum non nisi Principis iußu, hæc edificari permittuntur, leditur cõe Reipublicæ bonum, si hæc ad libitum, permittente Religionis Antistite, edificari non concedantur. Quare si Domus Dei Ecclesia dicitur, Dei minister, ubi habitet Dominus eligat. Basilicã hanc Græci dixere, Regiam Regis Regum, creatoris omnium Latini, & ut non extruatur creatura negabit? In hoc téplo, ueluti tecto sub amplo Deo sacrificia offeruntur, quicumque itaque erigi uetat, ut uoluntariè Domino sacrificetur non concedit. Tabernaculum eße Ecclesiã intelligant, quod Moyses ad præscriptam a Deo formã, ex signata sibi diuinitus materia, Iusta datum tempus, Domino iubente, cooperantibus Laicis, ut ministris, ex ultro oblatis, nõ ut populi Princeps, sed ut Dei altißimi sacerdos edificauit. Non nobis semper in humanis degendum est, calcanda tellus, decurrendum mare, interitura hac transeunte aura; cadut cuncta sub Sole intereunt plãtæ, animantia pereunt, moriuntur homines, senescit seculum, ebetatur

b Plato l. 6. de legi.

tis. Meritò est penes ecclesiam, religionis matrem, dulcis conditio, libera seruitus, absoluta custodia, blanda ultio, secura possessio; Ecclesia enim dum Mũdum corripit, tranquillat Orbem, Reges mitigat, potestates placat, sedat nationes, componit populos. Corripit vt Mater, Obscuriora, omnium inferiorum nobilior, illustrat, primo omnium creata, iuniora seculi emẽdat; libera ceteros ad obedientiam reuocat, et cum eius forti potentię curuentur omnia, celestia simul, & terrena rationabiliter moderatur, prudentissima demum prudentioribus seculi filijs imperat, ita c vt enumeratas a Platone sex principatus species in ecclesia reperiri, uerè affirmare possimus. Nec dicant Veneti corripit Ecclesia, sed propere, illustrat, sed uiolenter, emendat seuere tamen, ad obedientiam reuocat at coactè, terrena moderatur sine causa, imperat tandem, sed non monitis: nam, & Domini exemplum secutus, sanctissimus Paulus, qui prius d conuiuas ad magnam cenam adduci iussit, postea cogi, uerbis literis monitionibus Venetæ Reipublicæ proceres ad ecclesię obedientiam inuitauit; falsam deinde excusationis causam deducẽtes ad obedientiam termino proposito requisiuit, lumen eis catholicæ veritatis leniter proponens; corripiat nunc: e crimina enim qui emendare potest si non corrigat ipse committit; f crimina quoque punire pro Deo crudelitas non est, sed pietas, g Petrus enim euãgelij Princeps; qui Tabitam mortuam piè orando suscitauit, Ananiam, & Zaffiram mentientes, morti increpando, tradidit, h ultor namque Pontifex est sui gregis. Quid si ut falsò proponunt Veneti, summus Ecclesiæ Antistes Paulus, nec prius ad emendationẽ inuitatos, cocgisset, iniustitiæ adscriberetur, absit. Agnoscãt catholici Apostolum Paulum, & in eo agnoscant prius cogentem Christum, postea docentem, prius ferientem, postea consolantem, mirumque eis sit, quod ille, qui pena corporis ad Euangeliũ intrauit; coactus plus illis omnibus elaborauit, qui solo verbo vocati sunt a Domino. Cur ergo non coget ecclesia errantes filios, ut redeant, & eos maximè, qui alios coegerunt, ut perirent? Addãtur & uis, Naboth enim proprias uites proprio cruore defendit. si ille vineam suã non tradidit, tradet Pontifex summus Christi Ecclesiam, Dominique directa iura concedet? Mandatum hoc, quod vobis præcipit summus catholicę Ecclesię sacerdos, Paulus, i nec supra vos est Veneti, neque procul positum, nec in cælo situ ut possiti

c Pla. quem refert Iau. in mora. Phi. ad mentem Plato tract. 5. p. 6

d Luca c. 14 c. Schismatici 23. q. 6.

e C. Præterea 23. q. 8.

f c. legi. 23. q. 8.

g c. Petrus 23. q. 8.

h c. scire uos 23. q. 8.

i De... c. 28

stis dicere quis nostrum ad cælum ualet conscendere, ut deferat illud ad nos, vt audiamus, & opere compleamus, neque trans Mare positum, vt dicatis, quis ex nobis transfretare mare poterit, & illud ad nos vsque deferre, vt possi us audire, & facere, quod præceptum est, sed iuxta vos est sermo valde in ore vestro, & in corde vestro, vt faciatis illum. Considerate, quod proposuerit hodie in conspectu vestro vitam, & bonum, & è contrariò mortem, & malum eligite ergo vitam, vt diligatis Dominum, & obediatis voci eius. Huc vsque Spiritui Sancto restitistis; l En vox Domini super aquas; Deus maiestatis intonuit. Aquæ multæ populi multi venctorum sunt; Diuidat ecclesia aquas ab aquis, & infra Ecclesiæ tumescentes collocet firmamentum. m Vtinam Gigantes non gemant sub aquis. n In Aquila prouocat pullos suos ad volatum super eos volitans, imò ad Diuinæ iustitiæ Solem probare nititur; quod si filij non sint, qui Pontificij splendoris radios perferre queant in terram deicientur. Mare igitur Clarissimi viri huius mortalis vitæ transfretaturi Religionis Nauem conscendite, cuius supremum clauum Romanus Pontifex tenet, in cuius specula Viri Sanctissimi sedent, quos non serena temperies, Marisque tranquillitas, sed procellosa probat tempestas, quam nautæ Sacerdotes peritissimi, Marique assueti, ad summi Gubernatoris dictum obedientes, dum creditum sibi obeunt munus, deducunt in fluctibus; litora comunia relinquite vulgi, mediterraneos seculi vortices fugientes: Oceanum Diuinæ petitæ virtutis, vbi non Principum vnde feruent, aut potestatum fluctus, vbi non rotantur Populorum gurgites, nec notantur perfidiæ scopuli, seu mugiunt insipientiæ litora, sed sola diuina Prouidētia Mare corripit tranquillat, mitigat; placat: Sic Clarissimæ Reipublicæ maxima tranquillitate facta, totius Imperij vestri vna erit quies: quam vobis si Ecclesiæ vocem audieritis, & non obduraueritis corda vestra, sacerdotalis ordinis Preco pronunciat.

l Psal. 28.

m Iob c. 26.

n Deut. c. 32.

